et socij eius: cū tūc nō esset tempus v̄ginitatis. Eunuchi noui testamēti q̄ nollent actū illum exercere etiā si possent vt nereus et achilleus habebunt illam: q̄ vero dolēt de sua impotētia et vellēt illā haberē ad vsū: nō habebūt. Pueri baptizati fīlij palli. habēt illā pfecte q: habent virtutē v̄ginitatis infusā. Opp̄ssa post factū cōsentiēs et finaliter penitēs recupat aureolā: q: ɔsensus seqns nō pōt esse causa actus p̄cedentis: vnde p solam carnis corruptionē nō pditur virginitas: per ɔsensum pdit̄ sed recuperabilit̄: quando ista duo simul ɔcurrūt irrecupabiliter pdit̄. beatissima v̄go hanc habuit perfectissime q: habuit pugnā hostis ēquis nō carnis. helias et ieremias similit̄ hūt q̄ instinctu spirituali ɔtinuerūt ideo vocātur viri euāgelici. sed Abel nō habuit q: habebat propositū nubendi alias peccasset: nisi et ipse spū scto continuit vt aliqui dicunt. filia jepte q: suam virginitatē fleuit simil̄r nō habuit. Domin⁹ iesus nullam habet ppriē aureolā: sed aliqd ea excellētius loco eius: angeli simil̄r nō habēt cū nō habeāt pugnā. Ad aureolā martiriū tria reqruntur: pena: causa et voluntas. Cōditio charitatis ōnib⁹ aureolis est cōmunis q: aureola supponit auream. pena q: martiriū est circa mortē ab alio illatam: si q̄s aūt genus mortis eligat vt beatus petrus penijt versis pedibus crucifigi: ne simili pena seruus puniret̄ vt domin⁹ nō pdit. si autē pp̄ter se ipsū vt tollerabilioꝛ

Ad p̄na nō tenentur clerici nec eorū familia nec eorū coloni nec eccl̄ie. xvj. q. j. generalit̄. Et. l. nemine. c. de sacro san. eccl̄i. q̄ vult q̄ clerici ad hec teneant̄ in aduentu p̄cipis: nō valet q: iure diuino sunt exēpti. dis. xcvi. si iperatoꝛ. quo ad seruos et familiā eoꝝ ppetuā. Ad mūera etiā honesta nō tenētur. ca. sacerdotibus. distin. l. et. c. de epis. et clericis. l. placet. vbi dicitur. Placet nostre clemētie vt clici nihil cōmune cū publicis actionibus. l. ad curiam ptinentibus: cuius corpori nō sunt annexi habeāt. ex quo patet q̄ nō sunt de vniuersitate: nec in ea habent vocem vt tenet innocen. in. ca. dilecta de exces. prela. Ad munera etiam neutra non tenentur: possunt tamen si volunt accipere tutelam miserabilium psonarum. disti. lxxxvj. ca. peruenit. Non tenentur etiam custodire ciuitatem nisi esset necessitas magna: que non debet per laycum discerni sed per episcopum et per eum ɔpellentur. ca. eccl̄ia sancte marie. de consti. argu. l. nullus perita. ca. de cursu. et pu. d. ca. quenit. et facit tex. in. ca. pē. de homi. vbi in tempoꝛe inuasionis clici possunt vna cū laycis sumere arma et pugnare: nec sunt irregulares si multi sint occisi: modo nullū ppijs manibus occiderint et si vulnerauerint. Item nō tenētur ire ad bellū etiam si ageretur de recupatione terre sancte: quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnā etiā cū sarracenis. ca. ex multa. §. fin. de vot. ¶ Notandum q̄ ecclesiastica inmuni

tas quo ad psonas et res seu ẽdia cõprehẽdit mul
ta.sed aduerte q̃ sic munus psonale dicitur qd cũ
ppio et corpali labore sine detrimẽto gerẽtis fit:
ita munus reale dicitur quod sumptib⁹ patrimo/
nij et dannis ad ministrãtis expedit. ff. de mu. et
ho.l.fi. munus aũt reale seu patrimoniale est du/
plex.s. mere reale et mixtũ qd habet onus cũ sum/
ptu. Munus mere reale tripliciter imponitur.s.
rei vtq; nauis ecclie vadat ad seruitiũ reipublice
vel fructuũ ex re percepto: vt q̃ dec certa pars fruc
tus.tertio modo sic: q̃ annatim detur certa summa
pecunie. Ad munera igr mere realia nõ tenet pre
diũ ecclie nisi illud habuisset anteq̃ veniret ad eccli
am ppetuũ et inuariabile. ca.fin. de censi. q: res trã
sit cũ onere suo d̃ deci. pastorali.sunt tñ aliqua one
ra q̃ ratione naturali subcumbunt ipis rebus: vt
reficere viam ante domũ: purgare puteũ totis vi/
cinis necessariũ: soluere pro plaustro ad pontis
conseruationem et ad similia tenetur ecclesia. Ad
munera vero mixta non tenetur ecclesia.capi. q̃/
q̃ de censi.li. vj. nisi in casu necessitatis vl' pietatis
nõ a remotis nec p consequentiam cõcernẽtis eccle
sie vtilitatẽ:sed de directo. vt puta q: praua socie
tas incendit et deuastat pagũ in quo ecclia habet
ẽdia. ca.non minus.eo.tit. τ in ca.aduersus.tũc ha
bet contribuere:nõ ad deliberationem populi sol⁹
sed cleri et populi: q: quod omnes tangit ab om/
nibus debet approbari.in cle.pri.de cẽsi.

ma sit pricipalr: est etiã in corpe p redundantiam
quedã pulchritudo singularis repsentatiua aureo
le ait predicatori i ore: virginib⁹ in illa parte: mar
tirib⁹ in cicatricib⁹ τ in alijs partibus corpis scdz
gen⁹ martyrij: vt stati ex aspectu corpis qualis q̃s
fuit virgo doctor an martyr appareat. Sunt autẽ
tres scdm tres aĩe vires τ tres victorias excelẽtes:
preeminet aureola martyrũ: post illã doctorũ: τ vna
alteri eiusdẽ speciei nõ scdm excellentiã bñus: sed
actus: vt qui acerbi⁹ martyriũ passus est: aut pu/
riorẽ virginitatẽ seruauit vitãdo occasiones: aut q̃
plures saluat docẽdo: aut qui frequẽtius vel labo/
riosius ẽdicat: τ debetur cuicũq; doctrine pertinẽ/
ti ad salutẽ anime. vñ grãmaticus τ doctor puerorz
docẽs ppt̃ hũc finẽ habebit aureolã scdz aliquos:
sed veri⁹ dicit̃ q̃ solũ debet̃ aureola ppie docen/
tib⁹ sacrã scripturã publice verbo siue scripto docẽ
do.l' ẽdicãdo: docẽtes aũt alias doctrinas vt phisi
cã τ hmoi pricipalr nõ ppt̃ lucrũ sed pter bonũ
anime habebũt aliquẽ modũ aureole. vñ scdm pa
lu. mulier nõ põt hãc aureolã hr̃e: cui predicare nõ
licet nec debet̃ correctioni fraterne. qui aũt pter
vanã gloriã vel lucrũ tẽporale pncipale verbum
dei adulterat non habebit aureolã neq; per penitẽ
tiam recuperabit: quia penitẽtia nõ viuificat mor
tua. aureola debetur virginibus propter mentis
puritatem et carnis integritatem: eunuchi veteris
testamẽti non habebunt hanc aureolam vt daniel

PTOLEMAEI
PLANISPHAERIVM.
IORDANI PLANISPHAERIVM.
FEDERICI COMMANDINI VRBINATIS IN PTOLEMAEI PLANISPHAERIVM COMMENTARIVS.

In quo uniuersa Scenographices ratio quam breuissime traditur, ac demonstrationibus confirmatur.

AL DVS

VENETIIS, M.D.LVIII.

RAINVTIO FARNESIO, CARDINALI AMPLISSIMO, ET OPTIMO.

CVM ex non nullis familiaribus meis, AMPLISSIME CARDINALIS, qui mathematicis in diſciplinis magna ſeſe cum laude exercuerunt, accepiſſem, Planiſphæriū Ptolemæi nulla ratione, aut uix, & ſummo labore intelligi poſſe: idq́ue accidere, non tam ob rerum, quàm ob uerborum obſcuritatem: (liber enim græcus deſideratur, & is, quem habemus, ex Arabica lingua latine ita redditus eſt, ut maximum negocium ſit, ueram ſcriptoris mentem elicere) diu in hac fui ſententia, ut in eius lectione bonas horas mihi non eſſe collocandas exiſtimarem. ſed cum Balthaſar Turrius Metinenſis, uir non ſolum in philoſophia, & medicina, uerumetiam in mathematicis præſtantiſsimus, quo cum mihi ſumma neceſsitudo intercedit, me ſuperiori anno magnopere rogaſſet, ut li-

bellum perlegerem, daremq; operam, ut, si fieri posset, intelligerem: amico roganti deesse nefas esse arbitratus sum. quamobrem accuratissime totum legi, &, fortasse falli possum, sed eum mihi plane uideor intellexisse. pertinet autem ad eam optices partem, quam ueteres scenographicen appellarunt. nam optice de mathematicorum sententia in tres præcipuas partes dispertitur, hoc est opticen, quæ generis nomen obtinuit; catoptricen, scenographicen. Hæc postrema maximo usui est architectis, cum ædificiorum imagines, aut aliud quidpiam describere uolunt. quoniam enim quales ipsæ res sunt, sub aspectum nostrum cadere non possunt; illud solum spectant, qua ratione non subiecta, sed quæ eiusmodi appareant, membra persequantur. Propositum autem est architecto, ut ad uisum concinnum, & accommodatum opus absoluat, &, quantum fieri potest, omnes machinas adhibeat, quibus in uidendo minime fallamur. Non igitur ueram æqualitatem, & concinnitatem sibi imitandam proponit; sed in eam intuetur, quæ aspectum (ut ita dicam) concinne,

ne, & opposite feriat. ita fit, ut, cum circulos repræsentare uelit, interdum non circulos, sed ellipses describat, & quadrata altera parte longiora efficiat. qua autem id ratione fieret, nihil ab antiquis scriptum habemus, quod sciam, præter pauca hæc, quæ de circulis Ptolemæus complexus est: quanquam & is in eiusmodi re tractanda necessarias demonstrationes, quibus mathematici uti solent, multis in locis uel omisit, uel neglexit, utpote quæ studiosissimo cuique in promptu essent. Nostris autem temporibus apud non ignobiles pictores, & architectos relictus duntaxat est usus quidam in opere faciundo, qui mihi ad assequendam huius libelli sententiam maximo fuit adiumento. Verum ego non satis habui, mihi ipsi tantopere laborasse, ut obscurissima Ptolemæi sensa perceperim: nec uiri boni esse iudicaui, ad utilitatem suam omnia referre. quamobrem, ne materiæ difficultas studiosos ab hac præclarissima facultate deterreret, commentariolum plane, breuiterque mihi conscribendum putaui. quem duabus de caussis sub tui amplissimi nominis tutela in lucem

prodire


prodire uolui. Primum, quòd, præter alias ſcientias, in quibus mirabiliter excellis, mathematicis quoque diſciplinis magnopere delectaris: & non contentus duabus primis partibus optices, ſcenographicen ipſam non in poſtremis habendã cenſes. atque eo nomine Iacobum Barotium Bononienſem, quem magnificentiſsimarum ædium tuarum ædificationi præfeciſti, multo cariorem habes. is enim cum architectus excellens, ac periti ſſimus ſit, ſcenographicen ita callet, ut in ea ſcientiæ parte huius ætatis nemini facile concedat. Deinde, cum ob tuam erga me liberalitatem omnia me tibi debere ſentiam; hoc grati animi mei monumentum, qualecunque eſt, amplitudini tuæ conſecrandum eſſe ſtatui: quod tu pro ea, qua ſoles, humanitate accipere non grauaberis. cum enim è tuo nomine auctoritatem ſibi comparabit; tum te ad eius obſeruantiæ memoriam reuocabit, qua Federicus Commandinus te ſemper proſecutus eſt, & in omni ſemper uita proſequetur.

Federicus Commandinus.

CLAVDII PTOLEMAEI
SPHAERAE A PLANETIS PROIECTIO IN PLANVM.

a CVM sit posibile, ò Syre, & plurimum necessarium, ut in plano repræsentẽtur circuli in sphæram corpoream inciden-tes, tanquam esset plana: consultum uisum est in ueritate scientiæ, ut qui hæc scire uoluerit, describat demonstrantem rationem, qua asignari conueniat circulum decliuem: & circulos æquidistantes circulo æquinoctiali: pariter & circulos notos, per circulum meridianum: & quicquid intenditur adaptatum ei, quod apparet in sphæra corporea. Cogit ergo huiusmodi ratio loco meridiani circuli rectis uti lineis: decliuem uero inter circulos æquidistantes recto pari utrinque distantia, quem medium secet in hunc modum. Describamus itaque circulum æquinoctialem notis a b g d circa centrum, e, cuius diametri orthogonaliter se secent a g, & b d. Intelligamus ergo alteram diametrum meridianum circulum: punctum

uero, e, polum ſeptentriõnalem: nec enim alterum conuenit apponi in planitie, ſpectan tem ad hunc, quemadmodum in ſequentibus conſtabit. Quoniam ſeptentrionalis in parte noſtra perpetuo appareat: is potius accommodus eſt ad planitiem, cuius eſt noſtra aſsignatio. Oportet ergo circulorum æquidiſtãtium recto, ſeptentrionalem intrinſecus deſcribi: auſtralem uero extrinſecus: quod ut recte fiat, producimus lineam a g utranque in partem; ſicq; de circulo a b d g ex utraque parte g duos arcus æquales reſecamus; deſuper g h; infra g n: continuamusq; rectis lineis d cum utriſque notis; ita quidem, ut d h uſque in lineam a g perueniat, & locum K aſsignabis: d n uero in lineam a g; quam quo loco tetigerit c notabitur. Quo facto, fixo in e centro ad menſuram



furam e k fiet circulus super diametro k m: sicq; non moto centro, consequenter & alter fiet ad mensuram e c lineæ super diametro c l. Diuisa deinde c m per medium, circa diuisionis punctum r describatur circulus ad mẽsuram medietatis. Dico ergo illos duos circulos æquidistantes æquinoctiali pari utrinque distantia: tertium uero super r centro Decliuem, quem c m linea per æqualia secat, quousque utrunque illorum attingat; alterum ad notam m; alterum ad notam c: æquinoctialem per medium secare, quem ad opposita duo puncta b, & d intercipit. Quod ut ratione constet, continuabis linea recta d m ad punctum z æquinoctialem circulum transiens. Quoniam ergo arcus a z æqualis est arcui g h, qui æqualis datus est arcui g n: arcũ z d n totius circuli dimidium esse necesse est: unde angulum m d c rectum esse consequens est. Quoniam ergo circulus super lineam c m descriptus triangulum rectangulum m d c circumscribens transit per punctum d: & per punctum b transire necesse habet. Consequenter ergo circulum æquinoctialem secat per æqualia. Hinc itaque constat inter circu

los æquidiſtantes recto, cum duplicamus ex utraque parte puncti g arcus æquales, quantitatem eorum metiri arcum totius declinationis: quorum fines ubi continuamus rectis lineis cum puncto d, ponimus quas reſecant lineas rectas de linea e K, diſtantias circulorum, quos circa centrum e deſcripſimus, artificio dati exempli: ut ſit intrinſecus quidem tropicus cancri: extrinſecus uero tropicus capricorni: attingentis hos zodiaci æquinoctialem per æqualia ſecantis, ut deſcriptum eſt. Metitur itaque deſcriptio noſtra utrunque arcum n g, & g h partibus XXIII punctis fere LI, ex eis quæ CCCLX. totum a b g d circulum metiuntur; quæ par eſt diſtantia utriuſque tropici à circulo æquinoctiali. Eſt ergo hinc inde æquidiſtantium circulorum, l c quidem tropicus æſtiuus: K m tropicus hybernus: ex quo conſtans eſt circulum m b c d eſſe medium; quem Arabes uocant ſignorum cingulum, contingentem ſingulos tropicos; apud c quidem ſolſtitium æſtiuū: apud m uero hybernum; æquinoctialem per æqualia ſecantem; ac ſi principio à puncto b ſumpto per m tranſiens ad d perducatur: propter


pter quod declinantis circuli partes non conuenit, ut ſint æqualium arcuum: ſed quemadmodum in ſequenti exemplo adaptabitur. Id autem dico, ut ſumamus principia ſignorum ex punctis, ubi ſecant circulos æquidiſtantes æquinoctiali, deſignatos ratione, qua docuimus, ad diſtantiam uniuſcuiuſque ſigni à circulo recto, ut eſt in ſphæra corporea circuli ſignorum.
b Hac itaque ratione, erit omnis recta linea, quæ per polum tranſierit loco meridiani circuli, deducta per zodiacum in partes denotantes eas, quæ per diametrum opponuntur in ſphæra corporea.

In hunc locum Maslem commentans ait, ut deſcriptis æquidiſtantibus recto hinc inde circulis, deducatur zodiacus: & ubi ſingulos interceperit, ſignorum initia ſtatuantur. Quo artificio & ſingulorum graduum initia conſtitui poſſunt.

c Deſignabitur deinde omnis horizon, quẽadmodum circulum decliuem deſignauimus, qui non ſolum æquinoctialem per æqualia ſecat, ſed & zodiacum potentia per medium ſecet. Id autem dico; quoniam deſignari habet per partes potentia reſpicientes eas, quæ per diametrum opponuntur in ſphæra corpo
d rea. Deſcribatur enim circulus æquinoctia-

 lis,

lis, ut antè, notis a b g d circa centrum e: decliuis uero circulus notis z h b d medium æquinoctialem secans ad puncta, b, & d. deducemus deinde per polum e, loco circuli meridiani lineam rectam utrinque: atque si placet per z a e h g. Dico puncta z h respicientia ea quæ per diametrum opponuntur in sphæra: id autem dico, ut circuli æqui distantes recto ad hæc puncta designata resecent arcus æquales ex utraque parte circuli æquinoctialis, quomodo exposuimus, ac si esset in sphæra ipsa. quod ut ratum stet: consurget à puncto e linea recta perpendicularis super a g, in punctum t usque ad circunferentiam: perducentur deinde lineæ recte t K z, & t a, sicq; t h l, & t g. Quoniam ergo in semicirculo est angulus a t g, eum rectum esse




constans

constans est. At uero quoniam quanta est z e in e h, tanta e d in seipsam ducta erit: & tanta e t in seipsam. unde necesse est, ut quæ fuerit proportio z e ad e t, ea sit e t ad e h. rectus est ergo angulus z t h. Constat autem rectus & a t g. Sublato ergo communi medio, anguli a t K, & g t l, necessario æquales relinquuntur: unde & arcus a K, & l g æquales esse consequens est. Habemus ergo, quoniam lineæ t K, & t l applicant ad arcus, quorum est eadem distantia à puncto de circulo æquinoctiali: quæ eductæ à puncto t, æquidistante oppositis punctis a & g per quadrantes, faciunt in linea z g puncta z, & h, per quæ designari habent circuli duo æquidistantes recto pari utrinque distantia. Quare necesse est lineam z e h, continuare puncta potentia diametrum circuli decliuis terminantia.

e Designabimus deinde circulum alium decliuem à circulo æquinoctiali loco horizontis, quousquę secet æquinoctialem per medium: unde puncta duo, ut hic & zodiacus se interceperint, potentialiter per diametrum esse opposita necesse sit. Id autem dico, ut linea continuans ea puncta per centrum æquinoctialis

noctialis transeat. Sit enim, ut consueuimus, circulus æquinoctialis a b g d circa centrum e: zodiacus uero h b t d, quorum sectionis puncta continuans diametros b e d: Horizon autem h a t g, æquinoctialem per æqualia secans super diametro a e g, cuius & zodiaci communis sectio ad puncta h & t. Dico ergo si applicuerit punctũ h cum centro e, linea recta loco meridiani circuli: producaturq; in directum, necessario per punctum t transibit. Applicet ergo h e linea recta:



eatq; in directum quousque horizontem feriat, atque interim in puncto t. Dico itaque punctum t commune zodiaco quoque circulo. Quoniam enim in circulo h a t g, lineæ duæ se inuicem secant a g, & h t: erit quanta a e in e g, tanta h e in e t: ergo & quanta b e in e d.


e d. unde & b d, & h t in eodem esse circulo necesse est: quapropter & super zodiacum t signatum esse consequeus est. Fuit autem t signatum super horizontem: etenim quorum sectionem continuat linea t h, quam per centrum æquinoctialis transire constans est. unde manifestum est & zodiacum nihilominus ab horizonte secari ad puncta per diametrum opposita.

ADDIT Maslem argumentum: lineam h e in directum ductam non posse horizontem præter pūctum t attingere. Esto enim, ut ex parte altera attingat; atque si placet ad punctum m: producaturq; in directum e m usque in circunferentiam zodiaci in punctum z. Quoniam ergo quanta est a e in c g; tanta h e in e m: erit & quanta b e in e d. est autem quanta h e in e z. Eiusdem est ergo h e in e m: & h e in e z. unde e m, & e z æquales esse consequens est. Impossibile est ergo lineam h e in directum productam, horizontem præter punctum t attingere. Ex his consequens est, quòd omnis circulus, qui alterutrum horum per medium secat, & alterum per æqualia secabit.

g His ita constitutis, nunc metienda est proportio semidiametrorum æquidistantium circulorum, qui designati sunt supra signa circuli decliuis, ad semidiametrum circuli recti: quousque deprehendamus ortum eorum: certoq; metiamur numero, pro ut apparet in sphæra corporea a planete, & decliui. Describatur

C batur

batur itaque circulus æquinoctialis a b g d circa centrum e, cuius diametri orthogonaliter se secantes, a g, & d b : & protrahemus a g secundum rectitudinem usque ad punctum z : deinde circa g resecabimus duos arcus æquales g t, & g h : producenturq; pariter lineæ d K h, & d t z ea quidem ratione, qua cõstituimus æquidistantium circulorum septentrionalẽ quidem fieri circa centrum e ad mensuram e K : australem uero circa idem centrum ad mensuram e z. Dico ergo, quòd proportio e z ad e d eadem sit, quæ e d ad e K : siquidem arcus g h, & g t æquales : & arcus b t, & b h semicirculum æquant. unde angulos b d t, & b d K recto æquales esse consequens est. Sunt autem anguli e d K, atque e K d recto æquales. Sunt ergo similes rectanguli duo triã-gúli




h
i

guli e d K, & e d z. unde necesse est, ut quæ fuerit proportio e z, ad d e; eadem sit e d ad e K. Deinde & arcuum earundem chordarum proportiones assumimus. Manifestum K est enim, quòd proportio, quæ est anguli b d t ad angulum e z d, eam esse arcus b t ad arcum t d, cum sit æqualis b h; quæ nimirum & arcus e z ad arcum e d: de circulo uidelicet designato super triangulo e d z. unde consequens est, ut quæ fuerit linearum e z ad e d, atque e d ad e K: eadem sit chordæ b t ad chordam t d proportio, nam trianguli b t d, & e z d sunt similes. His ergo habitis, metiemur in primis utrunque arcum g h, & g t partibus XXIII, punctis LI, secundis XX; ex eis, quæ CCCLX circulum metiuntur rectum; qui par est (ut prius diximus) utriusque tropicorum distantiæ ab æquinoctiali in sphæra corporea. Erit ergo secundum hanc distantiæ quantitatē arcus b t gradus CXIII, puncta LI, secunda XX. ex eo numero, qui totum circulum metitur CCCLX gradibus: arcus autem b h residuus de semicirculo gradus LXVI, puncta VIII, secunda XXXX: linea uero recta chorda arcus b t partes C,

puncta XXXIII, secunda XXVIII; ex eis partibus, quæ CXX totam circuli diametrũ metiuntur, quemadmodum in Almagesti cõstitutum est: chorda uero b h partes LXV, puncta XXIX, secunda (LVIII). ergo quæ proportio est partium C cum punctis XXXIII, secundis XXVIII; ad partes LXV, puncta XXIX, secunda (LVIII), ea est lineæ e z ad lineam e d; atque e d ad e K lineam. Quoniam ergo e d semidiameter circuli recti absolute LX partium est: metiuntur quidem ex eis partibus, XCII, puncta VIII, secunda XV, lineam e z semidiametrum hyemalis tropici: semidiametrum autem æstiui partes, XXXIX, puncta IIII, secunda XIX. Ex his consequens est; quoniam hæ semidiametri simul iunctæ, totam zodiaci diametrũ faciant: Simul autem acceptæ sunt partes CXXXI, puncta XII, secunda XXXIIII: semidiametrum zodiaci constare ex partibus LXV, punctis XXXVI, secundis XVII: centrumq́; eius ab æquinoctiali centro distare partibus XXVI, punctis XXXI, secũdis LVIII. Ponemus ergo deinde utrunque arcum g h, & g t partes, XX, puncta XXX, secunda IX: quanta

quanta est distantia inter æquinoctialem, & æquidistantes infra pũcta tropica tricenis gradibus zodiaci; eritq́; arcus b t gradus CX, puncta XXX, secunda IX; cuius arcus chorda partes XCVIII, puncta XXXV, secunda LIX: Arcus uero b h gradus LXIX, puncta XXIX, secunda LI; cuius chorda partes LXVIII, puncta XXIII, secunda LI. Hic ergo quæ fuerit proportio partium XCVIII, cũ



punctis XXXV, secundis LIX; ad partes LXVIII cum punctis XXIII, secundis LI: eam est necesse esse lineæ e z ad lineam e d, atque e d ad lineam e K. unde ex partibus LX, quæ lineam e d metiuntur; numerari necesse est in linea e z partes LXXXVI pũcta XXIX, secunda XXXXII, in linea uero e K partes XXXXI, puncta XXXIX, secunda XV. Hoc aliter,

aliter, si ponamus utrunque arcum g h, & g t partes XI, puncta XXXIX, secunda LIX: quanta est distantia inter æquinoctialem, & æquidistantes infra tropica puncta sexagenis partibus: arcus b t totus fuerit gradus C I, puncta XXXIX, secunda LIX. Chorda eius partes XCIII, puncta II, secunda XIIII: arcus uero b h gradus LXXVIII, pũcta XX, secunda I. Chorda eius partes LXXV, puncta XXXXVII, secunda XXIII. Quæ ergo est proportio partium XCIII cum punctis II, secundis XIIII; ad partes LXXV, cum punctis XXXXVII, secundis XXIII: eadem est lineæ e z ad lineam e d: atque e d ad lineam e K. ex eis partibus, quæ LX lineam e d complent: lineam e z necesse est metiri partes LXXIII, puncta XXXIX, secunda VII: lineam uero e K partes XXXXVIII, puncta LII, secunda XXXXII: Quòd si utrunque arcum g h, & g t ponamus partes LIIII: quanta est distantia ab æquinoctiali æquidistantium, quos tangit horizon inclimate Rhodos (quod clima exempli gratia assumimus in sphæra corporea) erit ibidem arcus b t gradus CXXXXIIII: chorda eius partes C-XIIII,

XIIII, puncta VII, secunda XXXVII. Arcus uero b h gradus XXXVI; cuius chorda partes XXXVII, puncta IIII, secunda LV. Sic ergo quæ est proportio partium CXIIII cum punctis VII, secundis XXXVII; ad partes XXXVII cum punctis IIII, secundis LV: eadem lineæ e z ad lineam e d, atque e d ad lineam e K. de partibus quæ LX lineam e d faciunt: habebit linea e z partes CLXXXIIII, puncta XXXIX, secunda XXXXII: linea uero e K partes XIX, puncta XXIX, secunda XXXXII. Ex his constans est, siquidem lineæ duæ simul iunctæ faciunt diametrum horizontis; cuius modo mentionem fecimus, quemadmodum diametrum zodiaci semidiametri tropicorum: eam diametron metiri partes CCIIII, puncta IX, secunda XXIIII; ex eis, quæ CXX diametron æquinoctialis metiuntur. unde semidiametron horizontis esse necesse est partes CII, puncta IIII, secunda XXXXII: centriq́; eius ab æquinoctialis centro distantiam partes LXXXII, puncta XXXV, secunda III.


Hic locus est argumenti Maslem. Quia deprehensum est (inquit) quota distantia æquidistantes recto circulo terminant lineam d t z, & d k h, ut semidiametros

australis

auſtralis circuli à puncto e porrigatur uſque quo linea t d concurrat cum e g: uelut ſi arcum g t ponamus gradus LXXXIX: neceſſe eſt linearum concurſum fieri ſuper dia metro circuli diſtantis ab æquinoctiali ad auſtrum gradibus LXXXIX. Scimus autem diſtantiam poli ab æquinoctiali circulo integris XC. gradibus: quantus totus g d arcus. ſi ergo in hac planitie polum auſtralem inuenire debeamus, illic oportet, ubi lineam e g æquidiſtās ei à puncto d producta continget: æquidiſtantes uero nunquam concurrunt. ergo impoſsibile eſt in hanc pla nitiem polum auſtralem repræſentari: Nam nec ſi polum auſtralem poſuerimus: adeſſe ſeptentrionalem poſſibile eſt. Si enim rectæ lineæ propoſitum polum tranſeuntes, eos notant circulos, qui ſeſe ad utrunque polum interſecant: ſi uterque adeſſet; eas lineas in duobus locis ſeſe intercipere neceſſe foret. quod quoniam in rectis lineis impoſsibile eſt: nec in una repræſentari planitie utrunque polum poſsibile eſt.

His habitis deinceps metiri conuenit quantitatem ortus ſignorum, prout accidit in ſphæra corporea. Eſto enim (ut ſolet) circulus æquinoctialis a b g d circa centrum e: zodiacus uero z b h d circa centrum t: diametrorum ſuper e orthogonaliter deductarum loco meridiani circuli; altera pūcta ſectionum continuat b, & d, quæ & ſigna æquinoctialia altera per utrunque centrum g h, & a z, quorum puncta tropica h, & z. Quoniam ergo ratiocinatio noſtra demonſtrandi eſt, quantum in ſphæra recta oriatur de circulo æquinoctiali cum quotlibet gradibus zodiaci.

Horizontis autem recti in sphæra recta positio, quasi circuli meridiani, potentia quidem rectarum linearum per polum æquinoctialis circuli, punctum uidelicet e transeuntium, quæ est positio meridiani. Constat ergo, quoniam arcus z b, & h d sunt quadrantes circuli decliuis, eos oriri cum arcubus a b, & g d quadrantibus æquinoctialis: cum eisq; cœlum mediare: pariter & cum eis occumbere. linea siquidem b d in circulo a b g d, cum per medium secet



diametrum t h: & orthogonaliter ad punctũ e, æquales duos arcus de zodiaco resecari necesse est; b k uidelicet, & d l. producentur itaque linea k m e n, & l c e y. quo facto, quoniam per puncta k l, & y n transeunt circuli æquidistantes; quorum par utrinque ab

æquinoctiali circulo distantia, quousque punctum K sit potentia oppositum puncto n: sicq; punctum l puncto y. si ponamus arcum b K signum piscium: erit l d signum libræ. eodem modo b y signum arietis: sicq; d n loco uirginis. producta itaque linea K t l, quoniam triangulus K t e æqualium est laterum, & angulorum cum triangulo l t e: erit & angulus K e t æqualis angulo l e t: sicq; reliqui anguli K e b, & l e d: sicq; his oppositi. qui quoniam apud centrum æquinoctialis circuli, arcus & eiusdem circuli sub his angulis, qui cum singulis his oriuntur æquos esse necesse est: ex quibus unius ad cuiusque ortum metiendum quantitatem sufficit indagari: atque si placet b m. Producimus itaque super K e perpendicularem t f. quo facto, quoniam de eis quæ LX semidiametron æquinoctialis continent: lineam quidem t K semidiametron zodiaci metiuntur partes LXV, puncta XXXVI, secunda XVII: linea uero e t inter circulorum centra, partes quidem XXVI, puncta XXXI, secunda LVIII: lineaautem K e semidiametros æquidistantis circuli æquinoctiali, designati ad caput piscium, & caput scorpionis,

puncta

puncta uidelicet K & l, partes quidē LXXIII, puncta XXXIX, secunda VII: notus est triangulus K t e. Si ergo comparemus ad lineam K e tetragonum K t, subtracto ei tetragono t e: determinabitur augmentum lineæ K f super lineam e f. Quoties enim duorum se inuicem secantium circulorum maior minorem per medium secat: de maioris semidiametro in se ducta, si tetragonus distantiæ centrorum subtrahatur: relinquitur tetragonus semidiametri minoris circuli. Hic ergo quoniam in hunc modum decliuis æquinoctialem medium secat: semidiameter maioris t K in se ducta maior est tetragono t e centrorum distantiæ, quantum semidiametrus minoris e b ex seipsa producit, cum & rectus sit angulus b e t, & linea t b æqualis lineæ t K. lineam autem e b semidiametron æquinoctialis circuli, quoniam partes LX. metiuntur, ex eisdem tetragonum eius IIIMDC continere necesse est: de quibus item supradictam lineam e K metiuntur partes quidem LXXIII, puncta XXXIX, secunda VII: ad quam si differentiam illam, uidelicet tetragonum e b compararemus (id est si quadratum e b per lineam e

 K diui-


K diuidamus) procedet augumentum lineæ K f super lineã f e; quæ sunt partes XLVIII, puncta LII, secunda XLII. quod cum subtractum fuerit de linea K e: relinquuntur partes XXIIII, puncta XLVI, secunda XXV; cuius dimidium metietur linea f e, quæ sunt partes XII, puncta XXIII, secunda XII; ex eis uidelicet, quarum XXVI cum punctis XXXI, secundis LVIII lineam e t metiuntur. Ex eis itaque partibus, quæ fiunt in linea e t CXX; opposita scilicet recto angulo e f g; necesse est numerari in linea f e partes LV cum punctis ferè LIX. arcũ uero chordæ f e metiri gradus LV cũ punctis XL; ex CCCLX totius circuli rectangulum triangulum f e t continentis. Ex gradibus ergo, qui fuerint in quatuor rectis angulis CCCLX: cõtinebit angulus f t e XXVII cum punctis L. hic autem cũ angulo f e t angulo recto æquatur; qui ipse cum angulo b e K nihilominus rectũ angulum complet. Subtracto ergo communi medio, relinquitur angulus b e K æqualis angulo f t e: metiuntur itaque angulum b e K gradus XXVII, puncta L; qui quoniam apud centrum æquinoctialis circuli, & subiectum ei arcum b m metiri

ri necesse est gradus XXVII, puncta L, ex CCCLX totius circuli æquinoctialis. Hi sunt itaque gradus, & puncta, prout in sphæra corporea positum est, ex gradibus æquinoctialis circuli, cum quibus IIII signa circumposita pūctis æquinoctialibus in sphæra aplanete sic oriuntur. Possumus autem & leniori modo ad hoc peruenire. Quanta enim K e in e n, tanta e b in e d. Est autem b e in e d partes IIIMDC, quod cum diuisum fuerit per lineam e K, colligitur linea e n. itaque notam esse constans est. quam quoniam K e superat duplo lineæ f e: pariter & f e notam esse consequens est. Est autem e t nota, quoniam recto angulo apud f opponitur: erit & angulus f t e notus, angulo uidelicet K e b æqualis, quam arcus ipsius b m notitia consequitur.

Simili modo metiri licet sequentium ortum, ut si ponamus arcum decliuis circuli b K, arcum duorum signorum, quousque punctum K notet principium aquarii: punctumq; l principium sagittarii, quorum opposita per diametron, n quidem caput leonis, y uero principium geminorum. Cæteris itaque simili modo productis, remanebunt K t & t e eiusdem

dem

dem quantitatis. Linea uero K e accreſcat, prout demonſtratum eſt, ſemidiametron æquidiſtantis circuli deſignati ad principium aquarii, & ſagittarii, metiri partes LXXXVI puncta XXIX, ſecunda XLII. Si ergo differentia ſupradicta, id eſt IIIMDC per eam lineam diuidentur, colligetur augmentum lineæ K f, ſuper lineam f e, quæ ſunt partes XLI, puncta XXXVIII, ſecunda XVIII. quod ubi ſubtractum fuerit de linea K e, remanebunt partes XLIIII, puncta LI, ſecũda XXIIII; cuius dimidium




partes XXII, puncta XXV, ſecunda XLII. lineam fe terminare conſequens eſt, ex eis uidelicet partibus, quarum XXVI cum punctis XXXI, ſecundis LVIII lineam e t terminant. Ex eis itaque partibus, quæ ÇXX lineam

neam e t, recto angulo oppositam constituũt, erit linea f e partium C I cũ punctis X X V I I I. Arcus chordæ f e gradus C X V, puncta X X-V I I I ex C C C L X partibus totius circuli, rectangulum triangulum f e t continentis. Ex eis itaque gradibus, qui fuerint in quatuor re ctis angulis C C C L X; habebit angulus f t e gradus L V I I, puncta X L I I I I, cui æqualis est angulus b e K. qui quoniam apud centrum æquinoctialis circuli, & arcum b m, eius quan titatis esse necesse est. unde portione piscium sublata, portio aquarii erit reliquarum partium X X I X cum punctis L I I I I. Quam eandem esse & reliquorum trium, eadem ab æquinoctialibus punctis quantitate distantium, id est tauri, leonis, & scorpionis supra data ne cessitate consequi. unde reliquum de quadrante, id est gradibus X C, reliquorum quatuor, uidelicet geminorum, cancri, sagittarii, & capricorni ortus quantitatem metiri consequens est.

His ita firmatis, intuendum est deinceps, idem'ne sit ortus signorum in ipsa sphæra decliui, an alium exigat ratio, quàm qui in sphæ ra recta constitutus est. Sequamur itaque

modum

modum exempli dati, in libro de Almagesti circulo transeunte per Rhodon insulam, cuius horizontis polus septentrionalis XXXVI gradibus ascendit, cuius semidiametron, sicut inter supra dicta constitutum est, metiuntur partes CII, puncta IIII, secunda XLII. centriq; eius ab æquinoctiali centro distantia partes LXXXII, puncta XXXV, secunda III. Esto itaque (ut mos est) circulus æquinoctialis a b g d, circa centrum e: zodiacus uero z b h d circa cẽtrum t. Quo facto intelligamus motum sphæræ tanquam in puncto e, septentrionali puncto fixo, ex puncto d per puncta g & b in punctum a. Intelligemus itaque primum de his circulis horizontis, duos arcus contingentes pariter utrunque tropicum punctum,




quæ

quæ ſunt z & h, quorum alter z k h l, alter z m h n. Conſtat itaque cum fuerit horizontis poſitio, ut ſitus eſt arcus z k h l, neceſſario ſimul oriri punctum z, & k punctum: oppoſitaq; his h & l illo momento occumbere. Cum uero ut ſitus eſt arcus z m h n, econuerſo, id eſt n & h puncta ſimul oriri: eademq; hora m & z occumbere, dum motus ſphæræ intelligatur qualem aſsignauimus, fixo ſcilicet in nota e polo ſeptentrionali. His conſtitutis, quoniam, ut ſupra dictum eſt, non ſolum zodiacus æquinoctialem ſecat circulum, uerum & horizon omnis, tam hunc, quàm illum. Cum eos in hunc modum ſignauerimus: neceſſe eſt, ut lineæ recte puncta ſectionum continuantes k l & m n, tranſeant per centrum e: ex quo conſtans eſt, arcum m n æqualem eſſe arcui k l; ſicq; arcum a m æqualem arcui g n. Supereſt, ut arcus a m arcui a k æqualis conſtituatur. Figemus itaque ſecundum hos arcus horizontis duo centra in puncto c, & puncto y: producemusq; lineas c t, & t y, &
m e c, & e y. Quoniam ergo quoties duo circuli ſe inuicem ſecant, ſi lineam puncta ſectionum continuantem, centra continuans linea

E ſecet,

fecet, necesse est per æqualia, & orthogonaliter secare: unam & rectam esse lineam c t y consequens est, lineam z h medio, & orthogonaliter secantem. Non aliter c e perpendicularis K l; sicq; y e perpendicularis m n. Sunt ergo utrinque trianguli circa e t inter c & y, tam lateribus, quàm angulis, prout sese respiciunt, æquales: angulus uidelicet c e t angulo y e t. sunt autem & anguli y e m & c e K, ut qui recti, æquales. unde residuos quoque angulos, uidelicet a e m, atque a e K æquos esse consequens est. sicq; & arcus a m atque a K æquales esse manifestum est; sicq; l g, & g n, ipsiq; utrique utrisque. Quoniam ergo arcus h b oritur cum arcu n b; sicq; arcus b z cum arcu b K, qui est æqualis b n: rursusq; arcus z d cum arcu K d, atque arcus d h cum arcu d n, qui est æqualis d K. Ex his constat, arcus decliuis circuli, ut æqualiter utrinque ab æquinoctialibus punctis distans, æquali oriri quantitate. Amplius, quoniam arcus b z decrescit ab ortu suo sphæræ rectæ, quantitate arcus K a: oppositus uero arcus d h tanto accrescit, quantus est arcus b n, æqualis uidelicet K a; æstiuus tropicus punctus h: con-

ſtans eſt, ſigna circa uernale tempus æquinoctii, tanto quidem ab ortu ſuo ſphæræ rectæ decreſcere, quanto oppoſita his ortum ſuum ſphæræ rectæ ſuperant. unde conſequens eſt eis climatis minimum diem, tanto æquinoctiali die minorem, quantum conſtituūt utrique arcus a K & g n maximum, tantoq́ue maiorem.




His quoque cognitis, uidendum eſt primū in hoc climate, utrumne dierum eius differentia, quam expoſuimus, cōcordet ei, quæ in ſphæra corporea accidit. Deſcribemus ergo huius figuram, in eaq́; (ut ante) horizontem per puncta z h l ſingulariter. Vt ergo, quod intendimus, deprehendamus; quantitatem uidelicet arcus a K: figemus (ut antè) centrum horizontis in puncto c: produ-

 cemusq́;

ceniusq; lineas e c & c t perpendiculares lineis z h & K l. Quoniam ergo, ut est constitutum, lineam c e distantiam centrorum æquinoctialis circuli, atque horizontis eius climatis metiuntur partes L X X X I I, puncta X X X V, secunda I I I; ex partibus uidelicet, quarum lineam e t, distantiam centrorum æquinoctialis, & zodiaci continent partes X X V I, puncta X X X I, secunda L V I I I. ex partibus ergo, quarum in linea e c recto angulo opposita numeramus partes C X X: erunt in linea e t partes X X X V I I I, puncta X X X I I I. cuius chordæ arcus graduum X X X V I I cum punctis X X X; ex C C C L X gradibus totius circuli trianguli e c t continentis. Ex gradibus itaque C C C L X, quos in quatuor rectis angulis numeramus, continebit angulus e c t gradus X V I I I, puncta X L V: angulus uero c e t, rectum cum hoc perficiens, gradus L X X I cum punctis X V. Necesse est ergo & angulum a e K constare ex gradibus X V I I I, punctis X L V. unde & arcum a K eiusdem esse quantitatis consequens est. Metiuntur ergo ortum utriusque quadrantis à uernali æquinoctio, gradus L X X I, puncta X V: ab autumnali

tumnali uero gradus CVIII, puncta XLV. unde dierum longißimi, & breuißimi, ab æquinoctiali die differẽtia graduum XXXVII cum punctis XXX. quæ sunt æquales horæ duæ & semis, prout in sphæra corporea est constitutum.

Deinceps ergo ad metiendum signorum ortum in hoc climate, constituemus iterum æquinoctialem circulum a b g d circa centrũ e: zodiacum h d z b. Quo facto, de zodiaco resecabimus arcum b t: primumq; ad mensuram unius signi, quod esse pisces constans est, continuabimus t e l lineam rectam: pariterq; circinabimus circulum horizontis latitudine graduum XXXVI, ut ante, per puncta t & l transeuntem, atque æquinoctialem ad puncta m & n




& n secantem: producemusq; lineam m e n: sicq; ad centrum horizontis, ut ante, locato c, ducemus lineas rectas c e & e t: postremo & perpendicularem lineæ t l lineam c y. Est ergo, ut supra dictum est, arcus a m ea differentia, qua aries & pisces, utrunque in hoc climate decrescit ab ortu sphæræ rectæ; eademq;, qua oppositorum his utrunque super ortum suũ in sphæra aplanete accrescit. Constat autem & lineam e t, semidiametrũ æquidistantis circuli designati ad caput piscium partium LXXIII cum punctis XXXIX, secundis VII; ex eis, quarũ linea e t distantia centrorum continet partes LXXXII, puncta XXXV, secunda III. Quoniam ergo augumentum tetragoni t c, supra tetragonum e t, in partibus IIIMDC: Is numerus si per lineam e t diuidatur; prosequamurq; sequentia per ordinem, quemadmodum in sphæra recta: colligemus lineam e y, ut ante, partium XII cum punctis XXIII, secundis XII. Ex partibus uero, quarum in linea e c, recto angulo opposita numeramus CXX: habebit linea e y partes XVIII, & ferè punctum; cuius chordæ arcus graduum XVII cum pun-
ctis

ctis XVI, ex CCCLX totius circuli triangulum e t y continentis. Ex gradibus ergo, quos in quatuor rectis angulis numeramus CCCLX, habebit angulus e t y gradus VIII, puncta XXXVIII ex CCCLX totius circuli æquinoctialis. Quoniam ergo, ut supra dictum est, unumquodque ex quatuor signis circa puncta æquinoctialia in sphæra aplanete oritur cum gradibus XXVII, punctis L: cum de hac summa hos gradus VIII cum punctis XXXVIII subtraxeris: relinquetur numerus ortus arietis, ortusq; piscium in hoc climate: gradus scilicet XIX, puncta XII. si uero eosdem gradus VIII cum suis punctis suprapositæ summæ adiiciamus: accrescet numerus ortus uirginis, ortusq; libræ: gradus uidelicet XXXVI puncta XXVIII.

Simili exemplo metiri licet & sequentium ortum: ut si resecemus arcum b t, ad quantitatem duorum signorum: piscium, & aquarii, quousque & cætera modo superiori perficiantur. unde lineam e t, ut pote semidiametrum æquidistantis circuli designati ad caput aquarii accrescere necesse est, quousque partes quidem LXXXVI, puncta XXIX, secunda

cunda XLII contineat: per quam ubi diuiserimus supradictam differentiam IIIMDC: sequẽtiaq; per ordinem modo supradicto explcuerimus: colligemus, ut ante, lineam e y partium XXII cum punctis XXV, secundis XLII. Ex partibus ergo, quas in linea e c recto angulo opposita numeramus CXX: continebit linea e y partes XXXII, puncta XXXII; cuius chordæ arcus gradus XXXI, pũcta XXXII, ex CCCLX totius circuli triãgulum e c y cõ



tinentis. Ex gradibus ergo, quos CCCLX in quatuor rectis angulis numeramus: habebit angulus e c y gradus XV, puncta XLVI: qui quoniam est æqualis angulo t e m: metientur etiam arcum a m gradus XV, puncta XLVI: augumentum uidelicet ortus horum duorum


duorum signorum super ortum eorū in sphæra aplanete; quem ut supra dictum est, metiū tur gradus LVII, puncta XLIIII. de qua summa si gradus XV, puncta XLVI subtraxerimus: relinquetur ortus piscium simul, & aquarii graduum XLI cum punctis LVIII. unde portione piscium dempta, relinquitur ortus aquarii in gradibus XXII, punctis XLVI. Quod si prædictæ summæ eosdem gradus XV. cum suis punctis adiiciamus, accrescet ortus leonis simul, & uirginis graduum LXXIII cum punctis XXX. unde portione uirginis dempta, relinquitur ortus leonis graduum XXVII cum punctis II. Constat autem taurum æqualiter oriri aquario; sicq; scorpionem leoni: nam geminis, & capricorno in residuis temporis spatiis, quæ Arabes Zemenen uocant, sui utrinque quadrantis, quoniam & cancer, & sagittarius in sui utrinque quadrantis temporis spatiis residuis oriuntur: Geminorum quidem, & capricorni gradus XXIX: Cancri uero, & sagittarii gradus XXV, puncta XV; ex CCCLX æqualis circuli gradibus, in quarto uidelicet climite Rhodi insulæ, quod medium ha

 bitabilium

bitabilium exempli caussa assumimus in sphæra: cæteris ad imitationem eius ad eundem modum contrahendis.

PLANISPHAERII PARS SECVNDA.

SVPERIORIS tractatus particula de circulis æquidistantibus recto usque ad signorum ortum continet. Huius series habet æquidistantes zodiaco, quousque asignent loca stellarum fixarum, qua ratione eas contineat id, quod in horoscopio instrumento aranea uocatur. Assumimus ergo ex descriptis circulis eũ, qui extrinsecus ambiens, omnes alios intra se continet:




eumq; describimus notis a b g d circa centrũ e cum circulis meridianis, cuius diametri se inuicem

inuicem orthogonaliter ſecantes a g, & b d.
quo facto reſecamus ex puncto g arcum g z,
cuius quantitas terminetur ad menſuram di-
ſtantiæ à circulo æquinoctiali æquidiſtantis ei,
deſcripti ex parte poli auſtralis in ſphæra cor
o porea. producimus deinde lineam à puncto g
æquidiſtantem lineæ e d, terminatam notis g
h: deſcendetq; pariter ex puncto h ſuper li-
neam e d perpendicularis h t: applicabis & g
cum d tranſiens h t lineam ad punctum K. Di
co ergo, quòd ſi de linea e g reſcindamus æ-
quum t K, idq; ad punctum l: deſcribamusq;
circa e centrum ad menſuram e l circulum c
l m: erit diſtantia a b g d à circulo c l m deſi-
gnata, ad quantitatem arcus ſimilis arcui g z.
quod ut planè conſtet, applicabis g cum m ſe
cans circulum c l m ad punctum n: eritq; ar-
cus m n ſimilis arcui d z: ſicq; arcus g z reli-
quus de quadrante ſui circuli ſimilis arcui l n
reſiduo de quadrante circuli ſui: quod ita pla
p nè ſumi poteſt. Eſt enim quanta d e ad lineam
e g, tanta d t ad lineam t K. eſt autem d e æ-
qualis e g. eſt ergo & d t æqualis t K. at uero
t K æqualis e m. eſt ergo e m æqualis t d. ac-
cepta ergo t m in commune medium; erit e t

æqualis m d. extitit autem æqualis & æquidistans g h. si ergo & m d æquidistans est & æqualis eidem g h. unde & h d, atque g m, & æquales, & æquidistantes esse necesse est. Est ergo angulus g m e æqualis angulo z d e. unde arcum c l n arcui b g z similem esse consequens est. sicq; & residuum residuo de semicirculis: id est m n, ei qui est z d similem esse consequens est. Si ergo circulus c l m statuatur æquinoctialis: erit circulus a b g d designatus ab eo ad distantiam arcus l n arcui g z similis.

Deinceps conuenit propositum in sequi: q designandi uidelicet circulos, quorum habitudo ad zodiacum, qualis eorum, qui descripti sunt, ad æquinoctialem: quousque pateat nobis positio stellarum, habitudine earum ad hunc circulum, præter eam, quæ ad æquinoctialem. Esto enim primo loco circulus æquinoctialis de circulis planisphærii descriptis, notis a b g d circa centrum e: zodiacus uero l b h d circa centrum K: linea recta per utrunque centrum transiens l a h g: sectiones uero circulorum continuans linea b e d. resecamus itaque arcum b t ad quantitatem


titatem arcus distantiæ inter polum æquino-ctialis circuli, & polum zodiaci. transibit & linea per d K t: punctum uero K potentia respiciens polum zodiaci. Constat ergo, quòd si hæc distantia statuto terminetur computo, circulus ab hoc pũcto K per gemina zodiaci puncta per diametrũ opposita transiens, secet & æquinoctialem circulum per medium: constat enim circulum omnem, qui alterutrum horum per diametrum secuerit; & alterum per diametrum secare. eritq; circulus hic magnus, ambiens utrinque orthogonaliter intercipiens.



Hic subiungit Maslem, quòd cum huiusmodi circulus in planisphærio describatur: si per gradum stellæ transeat, utcunque sita sit: transire quoque hunc per ipsum corpus stellæ. et si per ipsum corpus stellæ transeat: transibit etiam per gradum stellæ. Amplius, lineæ rectæ per

per centrum æquinoctialis circuli in planisphærio transeuntes, si per corpus stellæ transeant; transibunt & per gradum, cum quo cœlum mediat, id est, cum quo ipsa transibit meridianam lineam. Conuerso quoque, si per hunc gradum trrnseant: transibunt & per ipsum corpus stellæ, ubicunque sita fuerit.

Nunc æquidistantium zodiaco in planisphærio descriptio notanda. Describamus itaque circulum meridianum per utrunque polum transeuntem a b g d circa centrum e: axem intelligibilem lineam d e b: punctum d australem polum intelligentes: diametrum circuli æquinoctialis a e g: diametrū circuli æquidistantis zodiaco z h t, quem in planisphærio describere propositum sit. Deducimus itaque



per punctum h lineam æquidistantem lineæ a g notis K l, terminantes lineam d m z, secantem in q: & d c l, atque d n t continuantes.

Dico


Dico ergo circulum, cuius diametrus z t, designari posse circa diametrum m n; continget enim hinc inde duos circulos æquidistantes æquinoctiali; quorũ ab eo distantia in quantitate arcuum a z, & g t. secabit & circulum æquidistantem æquinoctiali, cuius diametrus l k, per medium apud circulum meridianum, cuius diameter b d; quem ad quantitatem c e, describimus inter notas c y f; quam per medium secabit circulus circa m n descriptus, per puncta f y transiens. Applicabunt itaque lineæ rectæ b cum z, & b cum q: procedent & k l, atque d t in directum, quousque concurrant ad punctum r. Quoniam ergo angu li duo d z b, & b h q recti sunt: consequens est b h q z puncta per circunferentiam circu li locata. unde angulum b q h æqualem esse necesse est angulo b z h, qui æqualis est angulo b d t; quorum eædem bases. sic ergo angulus b q r æqualis est angulo b d r. unde puncta b d r q super circunferentia circuli esse locata constans est. Est ergo, quantum b h in h d, tantum r h in h q ducta. quantum uero b h in h d, tantum quod h l in seipsum producit. Est ergo quantum h l in seipsum

ducta,

ducta, tantum r h in h q. est autem q r æquidistans lineæ m n. Est ergo quanta e m in e n, tanta e c in seipsam ducta. quæ quoniam æqualis e y, e f; puncta n y m f super circunferentia circuli locata esse consequens est.

MASLEM addit, circulo æquidistante zodiaco (cuius distantia latitudinem stellæ metitur) firmato, deducemus à polo zodiaci in supra data descriptione notato, arcum per gradum stellæ in zodiaco, tam zodiacum, quàm æquinoctialem per medium secantis circuli. Vbi ergo is arcus æquidistantem zodiaco secuerit; is punctus est stellæ locus in planisphærio. Hac constitutione de æquidistantibus zodiaco habita, simili ratione, iisdemq; argumentis constitui possunt & æquidistantes horizonti, quos Arabes Pontes nominant: quorum uerticales circuli, id est paralleli ducti ex uertice capitum, tanquam centro, sunt horizonti, ut æquidistantes circulo recto.

Circulorum æquidistãtium zodiaco in hũc modum designatorum diuersa semper esse centra necesse est. Sit enim (ut ante) circulus meridianus



a b g d circa centrum e : axis linea b e d : diameter circuli æquinoctialis linea a g : diametri circulorum æquidistãtium zodiaco lineæ z h & t k. producentur & lineæ d l z, d m h, d n t, d c k. designamus deinde circa triangulum d n c circulum d y f, producta y f. deinde deuidemus lineam l m per mediũ apud punctum o. Cum ergo constans sit circulum circa diametrum z h, describi posse circa diametrum l m; sicq; circulum circa diametrum t k, describi posse circa diametrum n c. Dico hos duos circulos nequaquam esse eiusdem centri : id est punctum o in diametro n c
f minime medium esse. Quoniam enim arcus
26.III. z t æqualis arcui k h, erit arcus y n æqualis arcui c f: unde lineæ l m, & f y æquidistantes. Ergo quæ proportio lineæ d l ad l y, eadem li
t neæ d m ad m f. at uero quæ proportio lineæ
lemm. 22. x. d l ad lineam l y, eadẽ lineæ d l in se ductæ ad d l in l y ductam. eademq; lineæ d m in se ductæ ad d m in m f ductam, quæ d m ad m f lineam
u proportio. Quoniam itaque loco circuli d l
36. III. in l y æqualis est l c in l n : sicq; m d in m f, æqualis m n in c m : eritq; proportio d l in se ductæ ad c l in l n : eademq; lineæ d m in seip-


G sam

ſam ad m ñ in c m, alternatim ergo quæ proportio tetragoni d l ad tetragonum d m, eadẽ ſuperficiei ex c l et l n productæ ad ſuperficiem ex n m, & c m conſtitutam. Eſt autem tetragonus d m maior tetragono d l, pro ut d m longior, quàm d l. ſic ergo n m in c m maior, quàm in c l in l n. Cum ergo commune medium n c maius ſit cum m c in m c, quàm cum l n in n l; maiorem eſſe c m, quàm l n conſtans eſt. Data uero eſt m o æqualis l o. minorem ergo eſſe o c quàm o n conſequens eſt. Nunc ergo punctum o in diametro n c medium eſſe impoſsibile eſt. quod cũ medium ſit in diametro m l: circulorum æquidiſtantium zodiaco idem eſſe centrum impoſsibile eſt. x

Deinceps quoniam æquidiſtans zodiaco, nec in planiſphærio deſcriptus, nec in ſphæra deſignatus; cuius portio in parte non apparente ſecat æquidiſtantes circulo recto, non apparentes penes polum auſtralem; quorum diſtantia à zodiaco, aut à capite cancri minus altitudine eius in loco definito; aut à capite capricorni minus eius altitudine in loco determinato: ponemus circulum meridianum a b y

g d

g d circa centrum e. intelligemus itaque punctum d polum australem: axem uero b d: diametrum circuli æquinoctialis a g: diametrum



circuli æquidistantis ei nunquam apparentis lineam z h: diametrum circuli hunc secantis, ab æquidistantibus zodiaco lineam t K l. Qui

bus ita poſitis, deſignamus ſuper lineam z h ſemicirculum z m: erigimusq́; lineam à puncto K in m, æquidiſtantem e d. Ex quo itaque produximus lineas a g n, & d h n, atque d l c: erit circulus, qui deſcribatur ad quantitatem e n inter notas n y q, de circulis planiſphærio perpetuo negatis. Circulus uero, qui deſcribatur uice circuli, qui ſuper lineam t K l tranſire neceſſe habet, per punctum c circulum n y q ſecans in arcus ſimiles arcubus h m, & m z: cum ſit linea K m commune medium ſuperficiebus eorum. Applicet igitur f cum m: fiatq́; ad punctum e, ſuper lineam e a angulus æqualis angulo m f K, qui ſit angulus n e y. unde linea producta in punctum y perueniēs, arcum y q ſimilem arcui m z demonſtret.


Eſto itaque circulus deſignatus uice circuli, qui ſuper lineam t K l æquidiſtans zodiaco, cuius diſtantia ab æquinoctiali in quantitate arcus g l, perpetuo latentes circulos recto æquidiſtantes, huiuſmodi ſimilitudine ſecans. hoc circulo, tanquam in diſcriptione figuræ appoſito intelligendum eſt, ut per c & y tranſiens in oppoſito puncto o deprehendat, quà d t & e a indirectum productæ concurrunt,

ca

ea ratione, qua d h & e g ad punctum n conducit.

Deinde argumentum quod Maslem subiūgit addens, producimus lineam d z in directum, quo ad punctum q necessario perueniat; quēadmodum & d h in punctum n peruenit, ut quemadmodum supra dictis descriptionibus constat. sit circulus, cuius diameter z h circa lineam q n describitur: sicut circulus, cuius diameter t k l, describi possit circa lineam o c. applicet itaque d cum k, catq; in directum usque ad punctum r. sicq; h z in directum usque ad punctum p, procedat à puncto t in punctum x linea æquidistans lineæ h p, & linea d l c secet lineam h z in puncto f. diuisa ergo linea n c o ad similitudinem proportionis partium æquidistantis sibi h p, quoniam angulus d t x æqualis est angulo d l t: angulus uero d t x æqualis angulo d p h; erit angulus d l t æqualis angulo d p h. Sunt itaque puncta l f t p super circunferentiam circuli locata. unde quanta f k in k p ducta, tanta t k in k l. existit autem quanta k t in k l, tanta k z in k h. æqualis ergo k z, in k h ducta; quod k f ex k p producit. unde ad eundem modum, quanta r q in r n, tanta o r in r c. Applicet itaque r cum y, eritq; triangulus r e y similis k f m, cum & angulus apud f æqualis sit angulo apud e: & lineæ eos angulos continentes proportionales erunt. Erunt ergo, & reliqui eorum anguli æquales: ut cum rectus sit angulus m k f, & angulum c r y rectum esse consequens est. æqualis ergo c r in r o lineæ r y in seipsa ductæ; quæ cum perpendicularis sit lineæ c o, puncta y c o super circunferentiam circuli esse consequens est. Ex his palam fit, quòd in sphæra, dum super idem centrum æquidistans recto, & æquidistans zodiaco, medius medium secat: quod quoniam planities ferre non potest, descriptione, quam Maslem ad id demonstrandum

ſtrandum hic interponit, ſuperſedemus, ne quid præter Ptolomaicæ deſcriptionis intentum, ut minus cauemus plus apponamus, præſertim cum nulla neceſsitas cogat: quod tamen in ipſis deſcriptionibus eius quà locus exigit, imitatione Maslem non negligimus. Nec enim deſperet quiſquam, quin nos quoque & ea, quæ Maſlem interponit, etiam ex nobis ipſis quàm plurima æquè rationabiliter, ut illi uiſum eſt, inſerere poſſemus, niſi auctorem ipſum, ut decet, caſtigatè ſequi malle-



mus, ueriti, ne immoderata euagandi libertas, nimiæ beneuolentiæ uitium incurreret.

z Similis deſcriptionis exemplo, nihilominus concipi poteſt & circulus æquidiſtans zodiaco, qui ſupra diametrum d l uſque ad punctum c educitur; deinde à puncto c lineam
υ c b perpendicularem lineæ a e n, quæ linea in planiſphærio locum obtinet circuli, cuius diameter d l, cum omnes rectæ lineæ à puncto d eductæ, uice horum circulorum in eadem ſint planitie; quæ planities eſt circuli: cuius planitiei atque planitiei circuli æquinoctialis commune medium linea b c y. planities quoque circuli meridiani, quæ ſuper lineam f d eadem, & ſuper utranque illarum planitierum orthogonaliter.

Addit Maslem, quantum hæc linea recta circulum latentem in arcus ſimiles arcubus, quos reſcindit in ſphæra corporea. Quod ut planius conſtet: eſto diameter circuli æquidiſtantis recto perpetuo latentis, linea z f k h: eritq; circulus deſcriptus ad diſtantiam a z, de perpetuo latentibus, Fiat itaque ſuper lineam z h ſemicirculus, eatq; à puncto k linea k m, æquidiſtans lineæ c d. Quemadmodum itaque circulus æquidiſtans zodiaco deſignatus ſuper diametrum d l ſecat in ſphæra circulum latentem ad punctum m, in arcus h m & m z, ſic linea b y circulum n y q in arcus n y & y q. arcubus h m, & m z ſimiles: cuius argumento applicabit c cum y, & f cum m. Quoniam itaque linea f h æquidiſtans eſt lineæ

neæ n e: erit proportio n e ad e c, quæ f h ad f k, ſed n e æqualis e y: ſicq; f h æqualis f m. Quæ ergo proportio e y ad e c, eadem m f ad f k, atque angulus y c e rectus; ſicq; angulus m k f. ſimilis eſt itaque triangulus m f k triangulo y e c. ſic ergo, & angulus y e c æqualis eſt angulo m f k, unde arcum n y arcui h m, ſicq; reliquum reliquo de ſemicirculis ſimile eſſe conſequens eſt. Secat itaque linea b y circulum n y q, in arcus ſimiles arcubus, quos circulus æquidiſtans zodiaco, de circulo latente reſecat in ſphæra corporea. Cum ergo circulus per polum latentem tranſeat in ea planitie, polus ille incidit m, cuius partem cum planities poli apparentis incidat minime, cum uſque ad polum peruenit illum: ſic linea b y licet in infinitum protrahatur, nũquam ſecum concurret. Ex his manifeſtum eſt, quod cõſequens eſt, cum hic circulus æquidiſtans zodiaco per polum circuli tranſiens, hic æquidiſtantem recto medium ſecet, & hunc per polum zodiaci neceſſario tranſire.

Hac itaque ratione, conuenit in planiſphærio fieri conſtitutionem eorum, quæ in ſphæra corporea circulorum: quorum inuentio cauſſa circuli æquinoctialis, qui eorum æquidiſtantes ei, qui & circuli meridiani. Circulorum quoque inuentio, qui cauſſa zodiaci, & qui eorum æquidiſtantes ei, qui & horizontis, cum quidem in huius conſtructione polus æquinoctialis circuli centri locum obtinet, & ipſi circulo recto, & cunctis recto æquidiſtantibus. Quæ ratio, cogit ſeptentrionales ſemper eſſe minores, auſtrales maiores: illos

quidem

quidem decreſcendo, ut in ſphæra; hos uero creſcendo, uerſa uice atque in ſphæra, pariter meridianos omnes in rectum extendens. Polus autem zodiaci, neque ipſi centrum eſt, neque ulli æquidiſtantium ei. Quibus id euenit, quòd unus eorum ſine centro eſt, & linea ſit recta. In circulis uero magnis per hunc polum tranſeuntibus aliter, tranſeuntes quidem per polum utrunque rectæ fiunt lineæ, in quibus centra æquidiſtantium zodiaco, locantur minime æqualium. Vnde in aſsignationibus ſtellarum, utrumlibet fiat, ſiue habitudine ad circulum æquinoctialem, ſiue habitudine ad zodiacum, in utraque & zodiacum & æquinoctialem diuidimus. Sed ſi fuerit habitudine ad æquinoctialem, diuidemus cum ipſo pariter æquidiſtantes ei. Si uero habitudine ad zodiacum, cum ipſo & æquidiſtantes ei. Vtrumlibet itaque fiat, poſitionem ſtellarum aſsignat certiſsimam, inter hoc ut utroque modo adæquetur ei, quod ſit in ſphæra corporea: determinatis uidelicet eis, quorum inuentio propter circulum æquinoctialem. Hi qui ad zodiacum adhibentur, ad exemplum fiant quantum fieri poteſt pro-

pinquum Aegypto. Nec eſt neceſſe omnia in planiſphærio exequi, obſeruatis circulis tranſeuntibus gradus binos, uel ternos, uel & ſenos in mediocri: qui numeri communes, trigenis uidelicet ſignorum gradibus, qui inter æquinoctialem, & inter utrunque punctum tropicum, quouſque incidant cum ipſis circulis tropicis, & cum circulis meridianis, ſigna diſtinguentibus.

FACTA EST TRANSLATIO HAEC TOLOSAE CAL. IVNII ANNO DOMINI MCXLIIII.

IORDANVS

DE PLANISPHAERII FIGVRATIONE.

SPHAERAM in plano describere, est singula puncta eius in plano quolibet ordinare secundum similitudinem situs, in quo conspiciens alter polorum uidebit sphæram contingentem planum in reliquo polo. Imaginamur enim, quòd plana superficies sphæram in altero polorum suorum contingat. Reliquum polum uirtutem putamus habere uisiuam. Partes autem sphæræ non posse radium terminare, sed ipsum usque ad planum (quod propositum est sphæram contingere) deferri, & ab eo ostendi : ibiq; quodlibet punctum sphæræ uideri, ubi radius à polo uidente, per punctum ipsum transitus planum contigerit, & ad ipsum inciderit. Eritq; plana superficies hæc, ex radiorum à polo uenientium, occursu secundum similitudinem sphæralium punctorum distincta : illudq; planisphærium, siue astrolabium nominamus. Quippè quæcunque passiones uariationem situs punctorum in sphæra (qualis ex perpetuo motu eis

accidit) mutuo se comitantur: eadem simpliciter uariationem situs eorundem, in plano modo repræsentatorum consequũtur. Oportet autem superficiem hanc indefinitæ quantitatis intelligere, eò, quòd sit omnium punctorum, qui in superficie sphæræ sunt polo, cui uisiua uirtus attribuitur duntaxat excepto) receptiua. Posibile enim est, ut quilibet punctus sphæræ, in concaua superficie signatus, omnia puncta eiusdem cauæ superficiei uisibiliter apprehendat, se excepto. Idq; de punctis conuexæ superficiei, obiectu soliditatis sphæræ circunscriptis, intelligendum est. Quilibet enim punctus, etiam in conuexa superficie signatus, omnia puncta in eadem superficie uisu percipiet, si sphæræ soliditas non resistat. Quia uero in plano solam sphæræ superficiem repræsentamus: nihil de ipsius profunditate animaduertimus. Nam quæ pasiones sequuntur motum sphæræ, omnes & eædem sequentur motum, uel solius superficiei ipsius, ut pote, si opinemur inanem. Hanc uero superficiem intellexero indifferenter esse concauam eius, uel conuexam: nihil enim horum utrumlibet differt.

Et

Et quia in ſuperficie tantum puncta, & lineæ diſtinguuntur, aut partiales ſuperficies, quæ mediantibus lineis ex toto ſeparantur . idcirco in opere planiſphærii, ſolas lineas neceſſe eſt protrahere, aut puncta figere. At uero omnis linea, quæ in ratiocinationem adduci poteſt, in ſuperficie ſphæræ protracta, eſt, aut circun ferentia, aut arcus. Nullam enim rectam lineam ſphæræ ſuperficies recipit. Ergo omnis linea, quam in aſtrolabio protrahimus, circunferentiam alicuius circuli ſphæræ, aut arcum ipſius in plano repræſentat. Primo igitur docet, ſub qua figura quilibet circulus, qui eſt in ſphæra, in plano repræſentetur; quia uel per circulum, uel per lineam rectam. Attende autem diligenter, quòd nullus circulus, quem linea recta repræſentat in plano, poteſt totus repræſentari. nam omnes tales, ſiue ſint de maioribus, ſiue de minimis, per polum, cui ut uideat tributum eſt, tranſeunt. Itaque non cadunt omnia puncta eorum in planum. Polus enim eorum eſt extra planum, Sed nec omnia etiam præter polum: nam ubi iſtud, fieret linea infinita. Cuncti autem circuli ſphæræ, qui per circulos in plano deſignantur,

gnantur, ex toto possunt repræsentari in plano. Secundo docet, qualiter omnis circuli, quorum in comparatione ad rectum sunt situs noti ex recto: aut qualiter rectus ex singulis eorum eliciatur. Et quod quispiam eorum ex altero non elicitur, etiam cognito situ, non mediante recto. Vocat autem rectum circulum maiorem, cuius poli sunt poli sphæræ. Hunc autem, in cœlesti sphæra uocamus æquatorem. Per hunc itaque scimus, omnes circulos; quorum declinationes à recto sunt notæ, siue de maioribus sint, siue de minoribus; in plano depingere: ut æquatorem, tropicos, signiferum, horizontes, meridianos, circulos altitudinum, discretores horarum, domorum, & plures his, ita, ut uoluerimus, & utile iudicabimus. Tertio docet omnia puncta sphæræ; quorum à notis punctis orbis recti nota est latitudo; in plano figere. Per hoc ergo, sciemus polos omnium circulorum in plano locare: sed & stellas fixas in rete disponere, cognito gradu, quo cum singulæ mediant cœlum. Quarto docet quemlibet circulum maiorem per partes æquales, uel notæ proportionis diuidere. Per hoc quoque scie-

mus

mus orbem ſignorum in dodecatamoria; & hæc in ſuos gradus partiri. Horizontem quoque, & quæcunque notæ quantitatis, in partes, ut uoluerimus, diuidere: & ex unoquoque quantam uoluerimus partem reſecare. Quinto & poſtremo loco docet omne punctum, cuius in ſphæra à notis pūctis orbis decliuis nota eſt latitudo, in plano locare. Per quod ſciemus omnes ſtellas fixas in reti ordinare, cognitis locis earum in orbe ſignorum, & latitudinibus ab eo. Scire autem debes, quòd omnis ſuperficies contenta à qualibet linea circulari, in plano repræſentat curuam ſuperficiem, contentam ab ea, quæ per ipſam repræſentatur in ſphæra. Exempli cauſſa. Circulus capricorni, in plano repræſentat curuam ſuperficiem ſphæræ, quam ſeparat ex ſpæhra tropicus capricorni, polum arcticum uerſus. Et hanc ſimilitudinem intellige in cæteris. Hactenus Protheoria.

Sphæra in uno polorum planum cōtingente, in cuius ſuperficie ſit circulus, per utrunque polum tranſiens; ſi quotlibet lineæ à ſuperiori polo ad circunferentiam illius circuli deſcendant in planum: puncta, in quibus pla


num

num contingunt, in recta linea sita erunt. Quòd si idem circulus per polos non transierit; in circuli circunferentia sita erunt (Alia lectio sic, Quòd si iste circulus per polum illum oppositum polo contingenti planum, nõ transierit; in circuli circunferentia disponentur, super puncta, in quibus lineæ planum contingunt.)

Sit polus planum contingens b: & oppositus (uidelicet superior) sit a: circulusq; per hos transiens, sit a h b k, & linea g b d sit communis sectio superficiei huius circuli, & plani, quæ ipsum planum, & sphæram contingit. Dico ergo, quòd ipsa linea g b d eundem circulum a b h k habet in plano repræsentare. Omnis enim linea recta ab a per circunferentiam eius ad planum transiens, in illa linea terminabitur. Sola autem linea contingens sphæram in a, quia est æquidistans ipsi g b d, non continget planum. Ideo punctum a solum de sphæra non potest repræsentari in plano: sed omnis alius poterit, eò, quòd linea ab a ad ipsum ducta, & ultra protracta, poterit conuenire cum plano. Et punctus, in quo dicta linea planum tetigerit, geret uicem illius puncti.


cti. dico, per quem in sphæra transiuit. Similiter omnis circulus per a & b transiens, in plano repræsentabitur per lineam rectam. Et ipsa erit communis differentia plani, & superficiei, in qua ille circulus est descriptus. Ex eo manifestum est, quòd per diametros astrolabii repræsentantur coluri. et similiter omnes circuli transeuntes, per polos, repræsentari per lineam diametralem debent in plano. Item sit alius circulus, qui non transeat per a b polos. ille ergo, aut erit rectus, & hic est, quem æquinoctialem uocamus; cuius diameter sit c b, aut aliquis æquidistantium recto, quorum unus, cuius diameter sit h p. Et est de omnibus his ratio descriptionis eadem, quo ad intentionem præsentem. Ex quo enim circa polos a & b in sphæra sunt descripti: certum est, quia etiam in plano per circulos æquidistantes habent designari circa pũctum b. aut erit circulus ille, neque rectus, neque recto æquidistans. aut erit tunc unus de maximis, aut aliquis de minoribus. Sit ergo primum unus de maximis, cuius diameter h K. erit ergo e centrum commune ipsi, & alii circulo per polos transeunti, qui est a h b K; cu-

ius diameter a b. Igitur ducantur lineæ a K n, & a h m. Cum igitur h a K angulus per XXX tertii Euclidis sit rectus: sequitur per VIII sexti eiusdem, quòd linea a b erit proportionalis inter m b, & b n. Eadem necessitate erit ipsa a b proportionalis inter portiones m b, & b n terminatiuas linearum, quibus aliæ diametri illius circuli designantur in plano, sicut in præsenti designatione h K diameter repræsentatur per lineam m n. Quia igitur omnes lineæ repræsentatiuæ diametrorum dicti circuli, secant se in puncto b, & inter earum sectiones est proportionalitas transitiue sumpta: manifestum est, quòd ipsæ omnes circu



lo


lo inſcriptibiles erunt: & ipſe circulus non ſuper punctum b, ſed ſuper punctum aliud deſcribitur in plano. Et per hoc patet ratio deſcriptionis ſigniferi, quantum ad hoc, quòd ſuper centro aſtrolabii nõ potuit deſignari. Item ſit unus de minoribus nõ æquidiſtantibus æquinoctiali; cuius diameter h K: & ſit poſtea unus æquidiſtãtium recto, cuius diameter ſit z c; ſecans illum quocunque modo: quorum communis differentia ſignetur linea l p u, quæ per ſuperficiem circuli a z b K per polos eũtis orthogonaliter tranſibit, & æqualiter hinc inde: eritq; u p æqualis l p. Itaque protrahantur lineæ a K n, a h m, & K b: exeatq; linea z



cusque in f. Item ex puncto t, ducatur t q æquidistans ipsi l p u: & eam in plano repræsentans, ductis a l t, a p r, & a u q. Cum igitur anguli a K b, & f y a sint recti: & angulus f a y sit communis utrique triangulo. erit angulus a f y angulo K b a æqualis. sed angulus K b a per XX tertii, est æqualis angulo K h a · igitur erunt duo trianguli similes, scilicet K f p, & o h p; posito o in sectione a h, & y p. Ergo sicut K p, ad o p, ita f p ad p h. Quare quod continetur sub K p, & p h æquatur ei, quod continetur sub f p, & p o. sed quod sub K p, & p h continetur, est æquale (quia in eodem circulo se secant) ei, quod sub l p, & p u. Ergo quod continetur sub f p, p o æquale est ei, quod sub l p, p u. quod ergo continetur sub n r, r m & æquatur ei, quod sub t r & r q, propter æquidistantiam linearum. Ergo circunferentia circuli, cuius diameter est K h, si in plano debet repræsentari; transibit per pũcta m t n q. Et hoc est, quod uoluimus demonstrare. Per hoc intelligitur, qua ratione in astrolabio, horizon, & illi æquidistantes ducantur.


Circuli omnis, cuius in sphæra positio est nota,

nota, eius & in plano descriptio erit nota, habito recto. Rectus quidem hic est, uel per se secundum quamlibet quantitatem formatus, uel per quemlibet suorum æquidistantium. Primo itaque ipse ponatur in plano, designatus notis a b g d circa centrum e, ductis diametris a g, b d.



Si igitur ei aliquem æquidistantem collocare uoluerimus, cum con stet idem habere centrum, & latitudinem eius à recto in sphæra sciamus; huic arcum æqualem sumemus ab aliquo horũ quatuor punctorum, & sit g h coutra d, ducemus lineam d h k: Si igitur fuerit circulus ille, qui repræsentari debet in plano, supra rectum scilicet, polum superiorem uersus repræsentabitur, circulo x k circunducto secundum distantiam e k. Si uero fuerit sub recto, sumetur

metur arcus latitudinis g l, contra b: & ducta linea d t l, formabitur circulus secundum distantiam e t. Sit enim, ut solet, super polos transiens circulus a b: linea eum in plano contingens b u. Et sit diameter recti circuli r o y: & ei æquidistantium diametri q s c, & p n x: pertranseatq; linea a c f u, protracta r o y ad f: iterum trahatur a y z, & a x m, & a s n o b. Quia igitur o y est æqualis o a: erit & b z æqualis b a. cumq; sit b z, æqualis e g, ex hypothesi: erit b a æqualis e d, quia etiam arcus




h g, g l sumpti erant similes arcubus c y, & y x. Erunt & toti arcus b l, b h similes arcubus b x, b c: & anguli, qui cadunt in eos æquales; qui sunt ad a, & d. Igitur similes sunt trianguli b a u, e d K: & trianguli b a m, & e d t. Cum sit ergo b a æqualis e d: erunt & b m &

m & b u æquales ipsis e t & e K. ipsi ergo sunt semidiametri circulorum æquidistantium recto in plano positorum. Adhuc trianguli b a m, b a u sunt similes triangulis e d t, e d K. Itaque ponantur notæ, ubi e d secat alios circulos, exempli caussa f & z: & ubi d t interiorem secat, ponatur y: & ubi K d exteriorem, x. Quoniam igitur anguli d t e & e d h sunt æquales: erunt arcus medii, et minoris circuli, super quos consistunt; similes. unde detractis quartis, uidelicet r f, & b g, remanebunt arcus f y, & g h similes; itemq; arcus x z & g l similes. Patet ergo, per extimum, uel per intimum descriptum ad libitum. Medius eadem uia inuenietur, scilicet sumpto arcu x z, uel f y secundum distantiam cuiuslibet eorum à recto: & ducta K d x, uel t y d, terminabitur semidiameter medii, qui pro recto ponitur in d. Amplius, si unus inuenitur per alium, per ipsum similiter alius inuenietur.

Sint circa centrum e, circuli ducti a b g d, & c h f K: ductis c f, h K diametris, ducantur lineæ g d, f d z, & f K. Quia ergo nota diametro e g, et arcu g t, inuenietur e f, cum sint K f, et g d æquidistantes: erit angulus z f K


æqualis

æqualis angulo g d f. ideo arcus z K similis erit arcui g t: & ob hoc notus, & sic conuerso modo, nota e f, & arcu K z, ducta linea f d z, habebitur similiter & alterius. Itaque per rectum omnes ei æquidistantes inueniuntur: & ipse sumetur per quemlibet. Nullus autem tertius per aliū inuenitur per eorum distantiam. Sit itaque tertius l m circa centrum e. sit medius loco recti, transeatq; linea f u l y. Dico ergo arcum K y non




esse distantiam illorum in sphæra. Esto ergo, si fieri potest: & protrahantur lineæ m l, g q l. Quia igitur K z secundum hypothesim, est distantia extremi ad medium: erit z y, ut distantia medii ad tertium. Ponitur autem q m pro ipsa. quare angulus m l q est æqualis angulo z f y, sed totus angulus K f y, æqualis est toti angulo f l m, eò, quod lineæ K f & l m sunt

m sunt æquidistantes. Relinquitur ergo angulus g l u æqualis angulo k f d. quare & angulo g d t. sequitur ergo angulum l d g æqualem esse angulo l f g, quod est falsum: quia quatuor punctis d f g l, circunscriptibilis est circulus; in cuius scilicet circunferentia sunt illa puncta quatuor. Et cum angulus g l u sit æqualis angulo g d t: angulusq; l d g æqualis angulo l f g: quia cadunt in eundem arcũ circuli prædicti, quod falsum est. Si autem alius præter æquidistantes à recto fuerit in plano ponendus; & fuerit transiẽs per polos: haberi debet ubi rectum secet, atque recto in plano descripto, per cẽtrum, & per similes eius sectiones transiẽs linea recta, uice illius recti



habebitur. Quòd si ille obliquatur a polis:

tunc erit circulus, qui per polos dictos sphæræ transibit, & ipse sit circulus a b g d circa centrum e. eritq; communis differentia eorum illius circuli diameter, quæ sit b d: poliq; ipsius sint z t: & producatur orthogonaliter a g, c f diametri: & erit c f semidiameter circuli recti. Itē linea contingens l g k: trahanturque lineæ a b l, a d k. Quia igitur in arcubus t a d & z g b, qui à polis circuli b d ueniūt, sunt a et g: erunt arcus a d, g b distantia eius minima à duobus polis. sed et arcus d f, b c, erunt maxima eius declinatio à recto. unde, et æquidistantes circuli per b et d transeuntes, ipsam contingent lineam, quam patet esse diametrum in plano. Et ipsa est linea recta, quæ est uice circuli a b g d in eodem plano. Sit igitur in plano




circulus rectus signatus notis a b g d circa centrum


trum e; quod centrum erit loco poli sphæræ contingentis planum, et sit linea b e d uice circuli prædicti, per polos quatuor transeuntis. et orthogonaliter eam secans sit a e g. et circa d sumantur arcus d t similis f: et b z similis c b. et ducantur lineæ a t K, a n z, et circunducantur circuli K p, n h, qui erunt loco æquidistantium, qui in sphæra circulum datum contingebant. Cuius circuli diameter erit n K, ut supra fuit l g K. quare in medio eius posito centro, describitur circulus uicem eius in plano obtinens. Quòd si idem circulus in sphæra rectum per medium secet: palam est, quòd et in plano secabit, ut hic circulus a K g m, cuius diameter in sphæra est d e m; cuius est communis sectio cum recta linea a e g. Palam igitur, quòd omnis circulus in plano, præter æquidistantes per duos eorum æquidistantium habet inueniri. Et licet alter eorum in plano ad libitum ponatur, ad reliqui descriptionum oportet primo rectum sumi: et ideo ad habendum quemlibet decliuem, habendus est rectus. Ex prædictis colligitur ratio, secundum quam circulus æqualitatis, et duo tropici, signifer, et horizon

in aſtrolabio depingantur.

Puncti, cuius in ſphæra à dato puncto circuli recti, latitudo nota eſt: eius poſitio in plano nota erit. Latitudinem eius determinat arcus circuli per polos, et ſuper ipſum tranſeuntis; qui arcus eſt inter eum, et datum pũctum circuli recti.




Sit ergo rectus in plano a b g d ſuper centro e: et diameter b d ſit loco circuli per polos, et datum punctum circuli recti tranſeuntis: et ſit ille punctus d. latitudo uero illius puncti ex d, ſit ut arcus d K. Ducta igitur orthogonali diametro a g, et ſimiliter protracta linea a K, fiet locus puncti illius in h: æquidiſtans enim e h deſcriptus eſt, qui in ſphæ



ra per ipſum tranſit. Ad huius igitur rei exemplum, poli omnium circulorum declinantiū à recto inuenientur in plano.


Circuli notæ declinationis à recto, diuiſione in ſphæra habita: in plano quoque haberi poterit. Tribus modis probatur, quod dicitur, quia uel per lineas rectas, uel per æquidiſtantes, uel circulos maximos. Per lineas rectas hoc modo. Sit circulus in plano a b g d circa centrum t: et decliuis circulus ſecet eū in a, et g punctis oppoſitis per diametrum; quæ diameter ſit a t g: ſitq; arcus ad, quem reſecat in ſphæra de recto circulus tranſiens per polos cum prima ſectione decliuis circuli, quæ incipit ab a. Si igitur linea recta per centrum, et per d tranſeat, loco circuli tranſeūtis per polos, et punctum d, cuius eſt linea b h t d e: fiet a e loco primæ ſectio




nis

nis circuli a e g h. sed et g h in opposito eius. Per æquidistantes circulos hoc modo. In figura simili sit centrum e. & transeat orthogonalis b e d super a e g. & sumatur arcus a h pro declinatione primæ sectionis decliuis circuli, quæ incipit ab a. & transeat linea recta d h t. & æquidistans recto descriptus per t, secet decliuem in z. & patet, quòd ibi terminabitur sectio prima. Per circulos maximos hoc modo. Sit primo circulus a b g d, transiens per polos recti, & decliuis. & sit diameter recti a e g; decliuis uero b e d. sectisq; arcubus d a, g b per æqua, protrahatur diameter h e K circuli maximi, cuius poli sunt t z; ducta linea t z. Dico ergo, quòd omnis circulus maximus, cuius est diameter t e z., uel transit per puncta sectionum recti, & decliuis: uel æquales arcus de ipsis secat, uersus sectiones, quia ipsi æqualiter hinc inde declinant à circulo, cuius poli sunt t z, & eius diameter t e z. nam anguli ad l sunt recti: & totalis anguli g e b distantia est per æqua. Etiam intellige, quòd g e, h e, b e sint tanquam quartæ circulorum maximorum in sphæra. Duo itaque trianguli ex arcubus circulorum maximorum

morum e l q, e l r, sunt binorum angulorum centrum, super uno arcu consistentium. Igitur reliqui anguli, & reliqua latera sunt æqualia. Repetamus ergo figuram superiorem.



Et quia linea b e d est uice circuli per polos transeuntis: patet, quòd in ea sunt poli t z. Sit ergo arcus d h æqualis arcui a z: & per transeat linea d K h: eritque K locus poli z. Sint item arcus a l, g m æquales. primæ sectioni circuli decliuis, quæ incipit ab a: & describatur arcus circuli per m K l, qui sit m y K l n. & quia diuidit rectum per æqua: & transit per




K: palam est, quia ipse est, ut arcus circuli maximi per polos t z, & arcus recti similes a l & g m in sphæra transeuntis. Abscindit ergo &


an

a n similem illi, qui est decliuis in sphæra; quē & ille æqualem sectioni circuli recti abscindit. Et hoc erat ostendendum. Ex præmissis apparet ratio, per quam in astrolabio signifer, & horizon diuiditur. Et in similibus similiter.

Cuius latitudo a dato puncto circuli decliuis in sphæra data ēst: eius & in plano situs cognitus erit. Esto circulus a b g d, per polos circuli decliuis, & recti transiens. Diameter recti sit a e g: obliqui uero b e d: & linea t k æquidistet ei: & sit arcus d t, uel b k, ut latitudo eius de quo agitur à decliui. quare circulus æquidistans decliui, cuius diameter t k, transit per ipsum in sphæra. Et quia arcus g b, a d esse notos oportet: similiter b k, d t noti sunt. igitur noti erunt a t, g k. Sit itaque circulus rectus in plano descriptus a b g d: diametri a e g, b l e d k: decliuis circulus l a k g. sumptoq; arcu g t ad similitudinem b g in alia figuratione, quæ est declinatio obliqui à recto: & ducta linea a f t: erit f polus circuli decliuis a l g k. Itemq; sit arcus b x similis arcui a t in sphæra; & d h sit similis g k, & ductis lineis a p x, a h y, erit p e y linea,

nea, & p y diameter æquidistantis decliui. Diuisa ergo p y per medium: & posito ibi centro, circundatur p o y circulus, qui est uice circuli æquidistantis decliui, transeuntis per illum, cuius latitudo à decliui circulo data fuit. Sitq; n punctus in circunferentia decliuis circuli, à quo alterius latitudo sumitur: & pertranseat linea n e m: erit m oppositum ipsi n in sphæra. Describatur ergo arcus circuli transeuntis per punctam f n: eritq; hic, ut circulus maximus, qui in sphæra diuidens decliuem per æqualia, transit per polum eius. Et quia transit per n: transibit etiam per illud, cuius latitudo sumitur ab n. Ergo in commu-





ni ſectione ipſius, & circuli p o y, hoc eſt in o, erit ſitus illius, quod proponebatur. Ex nunc dictis perpenditur, qua ratione ſtellæ ponuntur in reti, reſpectu ſigniferi.

FINIS.

AL DVS

FEDERICI
COMMANDINI
VRBINATIS
IN PLANISPHAERIVM
PTOLEMAEI
COMMENTARIVS.

AL DVS

VENETIIS, M.D.LVIII.


FEDERICI COMMANDINI VRBINATIS IN PLANISPHAERIVM PTOLEMAEI COMMENTARIVS.


IN HOC *libro rationem tradit Ptolemæus, qua circulos omnes sphæræ cœlestis in plano describere possimus: ex quorum descriptione ipsius etiam Cæli imago repræsentatur. Sed cum id simpliciter faciat, nec demõstrationes adhibeat magna ex parte: ego antequam ad uerborum interpretationem accesserim, generatim, atque uniuersè de hoc toto genere mihi scribendum esse iudicaui. Qua in re, quantum fieri potuit, breuitatem secutus sum. addidi necessarias mathematicorum demonstrationes, ne quis omnino scrupulus relinquatur, qui studiosos solicitet. Quamuis non ignorem fieri posse, ut ego, qui primus hanc uiam & obscuram, & difficilem sum ingressus, aliquid offenderim. tamen hoc periculum subire malui, quàm studiosis non prodesse, fortassis enim alij à me inuitati, quæ in præsentia quodammodo inchoata sunt, ea felicius perficient, & absoluent.*

1. FIGVRAM uisam, quemadmodum appareat in proposito plano, describere. Quod quidem nihil aliud est, nisi describere cõmunem sectionem plani propositi, & conorum, uel pyramidum uisualium; quibus figura ipsa spectatur.

PLANVM *propositum, in quo figuram describi oportet (quod uulgò parietem, nos non inepte tabulam dicemus) sit perpendiculariter erectum super horizontem. figura autem, uel erit superficies, uel corpus: si superficies; uel rectilinea, uel curuilinea, uel ex his mixta; & uel horizonti æquidistans, uel super ho-*

rizontem eleuata. præterea uel erit ultra propositum planum, uel citra, uel partim ultra, partim citra. Sit primum ea superficies ultra propositum planum, hoc est ultra tabulam constituta:






situ; horizonti æquidistans, & rectangula, ut a b c d, cuius unū latus b c sit in tabula ipsa situm. Et siquidem oculus ponatur esse in eodem plano, in quo figura uisa: apparebit ea linea una; quæ uidelicet communis sectio est plani, in quo est figura, & ipsius tabulæ. si uero ponatur extra illud planum ut in e: sit altitudo eius à plano linea e f. & à puncto f ad lineam b c, uel ad ipsam protractam ducatur perpendicularis; producaturq; ut secet b c in g; & a d in h. Deinde à puncto g eleuetur g k perpendicularis ad g h, quæ sit æqualis ipsi f e. erunt igitur f e, g k inter se æquidistantes; cum utræque sint super idem planum perpendiculariter erectæ. Itaque intelligatur figura quidem a b c d sita in eo plano, cuius recta linea est f g: tabula autem in plano, cuius recta linea g k; ita ut plani per lineas e f, f g ducti, & tabulæ communis sectio sit linea g k, at uero tabulæ, & plani, in quo superficies a b c d, communis sectio sit linea b c. Oportet iam figuram a b c d describere in tabula g k, quemadmodū oculo in e posito appareat; cuius altitudo à plano linea e f, ut dictum est; distantia autem à tabula linea f g. Sumatur in ipsa f g à puncto g linea g l, æqualis ipsi g b: & g m, æqualis g c: sumatur quoque l i, æqualis b a; & m n, æqualis c d: & ducantur l k, k m, h e, i e, n e. secet autem i e lineam l k in puncto o: & h e secet g k, in p: & n e ipsam m k in q: & iungantur puncta o p q, quæ erunt in linea una, æquidistanti lineæ l m, ut monstrabitur. Dico figuram a b c d in tabula talem apparere, qualis est ipsa o l m q. Ductis enim lineis a e, d e, & ducta k e, quæ æquidistabit ipsi g f, fiet triangulum o i l simile triangulo o e k; nam angulus i o l est æqualis angulo e o k: & angulus o l i æqualis ipsi o k e. reliquus igitur angulus reliquo æqualis. & eodem modo monstrabitur triangulum p h g simile triangulo p e k: et q n m ipsi q e k. quare ut e k ad k o, ita i l ad l o: & permutando, ut e k ad i l, ita k o ad o l. & similiter monstrabitur ut e k ad g h, ita k p ad p g: & ut e k ad m n, ita k q ad q m. Sed e k ad l i eandem habet proportionem, quam ad g h: & item eandem, quam ad m n, cum


6.undeci.

distantia


33. primi.

cum æquales sint lineæ l i, g b, m n. ergo k o ad o l eandem habet, quam k p ad p g, & quam k q ad q m. Vnde sequitur ex secunda sexti, puncta o p q in eadem esse linea ipsi l m æquidistanti. constat præterea punctum b in tabula apparere, ubi est p; & g in eodemmet puncto. Verum cum linea g l sit æqualis lineæ g b: & g m ipsi g c: si manente linea g k triangulum k l m intelligatur circumferri, quousque linea g l perueniat ad g b: cadet punctum l in b, & m in c: & erunt puncta b c communia utrique figuræ. quare ex iisdem locis ad oculũ pertingent.






Intelligatur quoque planum ex a d perpendiculariter erectum super horizontem, hoc est super planum, in quo est a b c d: ut sit ipsius, & trianguli e a d communis sectio linea a d. erit illud tabulæ æquidistans; trianguli uero e a d, & tabulæ communis sectio sit r s. quare lineæ a d, r s inter se æquidistantes erunt. sed sunt æquidistantes et ipsæ a d, b c. ergo r s, in qua est etiam punctum p, ipsi b c æquidistabit. Itaque cum linea l m applicuerit lineæ b c: & linea o q applicabit se ipsi r s: & fiet una, atque eadem linea; nam quatuor puncta o q r s sunt in eodem plano, in quo est p, æquidistanti ipsi plano figuræ uisæ. Cadet etiam punctum o in r, & q in s; quoniam linea p o est æqualis lineæ p r: & p q ipsi p s. est enim propter similitudinem triangulorum e b a, e p r: ut e b ad b a, ita e p ad p r: & permutando, ut e b ad e p, ita




e p, ita h a ad p r. Rursus eadem ratione, ut k g ad g l, ita k p ad p o: et permutando, ut k g ad k p, ita g l ad p o. est etiã propter similitudinem triangulorum h p g, e p k, ut e p ad p k, ita h p ad p g: & permutando, ut e p ad p h, ita k p ad p g: componendoq; & per conuersionem rationis, ut e h ad e p, ita k g ad k p. erat autem ut e h ad e p, ita h a ad p r: & ut k g ad k p, ita g l ad p o. ut ergo h a ad p r, ita g l ad p o: & permutando, ut h a ad g l, ita p r ad p o. Quòd cum sit æqualis g l ipsi h a, quoniam utræque sunt æquales eidem g b: erit & p o ipsi p r æqualis: & ita demonstrabitur p q æqualis ipsi p s. Cum igitur puncta b c uideantur in punctis l m figuræ descriptæ: & puncta a d in ipsis o q: uidebitur & tota linea b c in tota l m: & a d linea in linea o q: & idcirco b a in l o: & c d in m q. quare tota figura a b c d apparebit in tabula ea forma, qua descripsimus ipsam o l m q.

ALITER. Sit, ut in superioribus, superficies a b c d, quam describere oporteat: oculi altitudo e f: & tabula, cuius recta linea g k. Ducantur autem lineæ f a, f d, ita ut f a secet ipsam b c in puncto i; & f d secet eandem in n; & rursus linea f g secet a d in h: in qua sumatur à puncto g linea g l, æqualis ipsi g b; et g m æqualis g c. sumatur quoque ex parte l linea g t æqualis ipsi g i; & ex altera parte g u æqualis g n. & ducta h e, quæ secet g k in p; per p ducatur linea o q æquidistans ipsi l m. deinde per puncta t u ducantur lineæ ad l m perpendiculares, ita ut per t ducta secet lineam o q in o: & ducta per u secet in q. æquidistabunt lineæ t o, u q inter sese; & ipsi g p. 6. undeci.
quare t p, p u parallelogramma erunt. & linea o p æqualis 34. primi.
erit lineæ t g, & p q ipsi g u. postremo iungantur l o, m q. Dico figuram a b c d in tabula g k apparere, qualis est ipsa o l m q. ducantur enim rursus a e, d e, intelligaturq; ex a d plano perpendiculariter erectum super planum, in quo superficies a b c d; quod erit tabulæ æquidistans: & intelligatur triangulum e a d secans utrunque, ut sit ipsius, & plani per a d communis sectio linea a d: eiusdem uero, & tabulæ communis sectio r s. erunt




[illegible].undec. *erunt eadem ratione lineæ a d, r s æquidistantes: & propterea æ-*
18 *quidistantes ipsæ r s b c. quòd cum triangula e a f, e d f sint*




perpendiculariter erecta super idem planum; transeunt enim per
19.undec. *lineam perpendicularem e f: erunt ipsorum, & tabulæ communes sectiones i r, n s perpendiculares ad i n; & æquidistantes lineæ g p. & idcirco parallelogramma erunt ipsa i p, p n; & linea r p æqualis lineæ i g; & p s ipsi g n. demonstratum autem est, lineam o p æqualem lineæ t g: & p q ipsi g u. facta est præterea t g æqualis ipsi i g; & g u æqualis g n. erit ergo linea o p æqualis r p; & p q ipsi p s. Itaque si manente linea g p, superficies o l m q circumferatur adeo, ut linea g l applicet lineæ g b: applicabit & p o ipsi p r: & parallelogramma item t p, p u; parallelogrammis i p, p n. quare cadet punctum l in b; m in c; o in r; & denique q in s. Cum igitur puncta b c uideantur in punctis l m; & a d in ipsis o q. uidebitur & tota superficies a b c d in tota o l m q: atque erit in tabula g k descripta figura, qualis est ipsa o l m q, ut oportebat.*

Si




x y o q. h'inbla perpendicular sobre el plano a d b c. y o. l. m. q. es el plano a d b c. degradado.

Si uero latus b c, uel aliud quoduis non sit commune tabulæ; sed tamen ei æquidistet, ut in subiecta figura: producemus latera




a b c d, usque ad tabulam in puncta t u: & ex ijs, quæ proxime dicta sunt, describemus superficiem rectangulam b t u c, quæ sit l x y m. Rursus describemus superficiem a t u d, quæ sit o x y q: Cum igitur puncta a b c d uideantur in ipsis o l m q: erit ipsa o l m q figura, quam describere oportebat. Eodem modo procedemus in reliquis huiusmodi.


Sit superficies a b c d rectilinea quidem, non autem rectan-




b *gula*

gula, cuius latus b c ſit commune tabulæ. Maneant etiam eadem quæ in ſuperioribus: & à punctis a d ad lineam b c perpendiculares ducantur a n, d o. ſumantur quoque g p æqualis ipſi g n; g q æqualis g o; p r æqualis n a; & q s æqualis o d: & ducantur p k, k q: ducaturq; r c ſecans p k in t; & s ſecans q k in u: iungantur demum l t, t u, u m. Dico figuram a b c d apparere ea forma, qua deſcripta eſt l t u m. ducatur enim ab a puncto ad lineam d o ipſa a x, æquidiſtans b c: & à puncto d ad n a ducatur d y eidẽ æquidiſtans: atque ex ijs, quæ tradita ſunt, deſcribatur in propoſito plano figura rectangula a n o x; quæ ſit t p q 3: & rurſus deſcribatur alia y n o d; ſitq; ω p q u. Quoniam igitur puncta b c apparent in l m; punctum uero a apparet in t; & d in u: apparebit linea a b in ipſa t l; b c in l m; c d in m u; & d a in u t. Quare tota figura a b c d in ipſa t l m u apparebit.





At cum ſuperficies a b c d à tabula diſtans quomodocunque ſit poſita: à punctis a b c d ducemus lineas a l, b m, c n, d o, per-




pendiculares ad lineam g k; uidelicet ad ipſam tabulam: & deſcribemus figuras a b m l, d c n o, ex ijs, quæ proxime diximus: quæ ſint p q s r, u t y 3, ita ut p q s r reſpondeat ipſi a b m l; &

u t y 3

u t y z ipsi d c n o: et iungemus p u, q t. erit figura p q t u, quã describere oportebat. Similiter faciemus in alijs figuris quibuscunq;.


Sit circulus, & in eo descripta figura, quæ multis lateribus contineatur a b c d l m n o: & sit a l circuli diameter in eadem recta linea ipsi g f. Itaque figuram a b c d l m n o in tabula de-



scribemus, quemadmodum superius traditum est; quæ sit p q r s t u x y. In medio autem lineæ p t, quæ refert a l circuli diametrum, sumatur punctum z: ductáq; e z producatur ad planum, in quo circulus est, occurrens lineæ a l in α: & per α ad angulos rectos ipsi a l ducatur β α γ, quæ secet circulum in punctis β γ; & ipsi β α γ respondens in tabula ducatur δ z ε apparebit circulus a b c d l m n o; uel circulus uel ellipsis, cuius centrum z: & ipsæ p t, δ ε diametri erunt. Intelligatur enim conus basim ha-


b 2 bens


bens circulum a b c d l m n o; uerticem uero punctum e. et quoniã is secatur plano coeunte cum utroque latere trianguli per axim, ita ut plani, in quo est basis, et plani secantis; ipsius scilicet tabulæ cõmunis sectio sit recta linea perpendicularis ad basim trianguli per axim, uel ad eam quæ est in eadem ipsi recta linea: si quidem planum secans subcontrarie ponatur plano, in quo est basis coni; hoc est si triangula e a l, e t p similia



sint, ut in prima figura: sectio circulus erit, ex quinta primi conicorũ; sin minus erit ellipsis ex decima tertia eiusdem, ut in secũda. Quare descripto circulo, uel ellipsi, ut opus fuerit circa diametros p t, δ ε; cadent in ipsis puncta p q r s t u x y. & quodcũque aliud punctum in circumferentia circuli a b c d l m n o sumptum sit, similiter, atque in superioribus cadere demonstrabitur in communi eorum sectione; hoc est in ipsa circuli circumferentia, uel ellipsi. Circulus ergo a b c d l m n o tali forma apparebit in proposita tabula, qualis est ea, quæ a nobis descripta fuerit.


Sit circuli portio: & in ea figura multorum laterum a b c d l m n o; cuius basis d m, & diameter a l. sitq; a l similiter in eadem


k
e
m
n
q
p
y
x
r
o
s
u
t
a
i
g
f
b
c
d


k
e
g
f


dem recta linea ipsi g f. Rursus figuram describemus; quæ sit p q r s t u x y, ita ut p t linea respondeat ipsi a l diametro, et s u ipsi basi d m. Itaque completo circulo, si planum tabulæ circulũ non secet: erit communis sectio transiens per puncta figuræ descriptæ, uel circuli portio, uel ellipsis; quod superius est demonstratum. Si uero secet circulum: rursus intelligatur conus basim habens circulum dictum; & uerticem punctum e. uel ergo diameter sectionis coni factæ à plano, æquidistans est alteri lateri trianguli per axim, uel non est æquidistans: & si non est æquidistans, uel coit cum eo ad partes uerticis, hoc est extra uerticem coni; uel ad partes basis. Si sit æquidistans, ut in prima figura: erit ea sectio parabole, cuius diameter p t ex undecima primi conicorum.


Quòd si non sit æquidistans, & coeat cum eo ad partes uerticis, ut in secunda figura: erit hyperbole ex duodecima eiusdem. Si denique coeat ad partes basis: erit portio circuli, uel ellipsis; nam



producto cono, & plane secante complebitur & circulus, uel ellipsis, ex quinta & decimatertia primi conicorum.


At uero cum circuli a b c d l m n o diameter a l non sit in eadem recta linea ipsi g f: communes sectiones non erunt neque circuli, neque ellipsis: quoniam plani, in quo est coni basis, & tabulæ ipsius communis sectio non erit recta linea perpendicularis






ad basim trianguli per axim, uel ad eam, quæ in eadem ipsi recta linea constituitur. & pariter continget, cum portionis circuli a b c d l m n o diameter a l non sit in eadem recta linea ipsi g f; nã sectiones non erunt neque paraboles, neque hyperboles, neque circuli, uel ellipsis portiones. Quare quò pluribus lateribus constabunt figuræ in circulo, uel circuli portione descriptæ, eò aptius formæ in tabula delineabuntur; ductis scilicet lineis curuis, quæ earum angulos apposite coniungant, quemadmodum res ipsa exigere uidebatur.

7 *Si superficies super horizontem eleuata statuatur: sit primum a b c d rectangula, cuius latus b c sit commune tabulæ; & in eo plano situm, in quo linea g f: alterum uero latus a d ita eleue-*




tur, ut angulus eleuationis sit æqualis angulo a b n. quare altitudo eius erit perpendicularis à puncto a, uel d ducta ad ipsum planum; uidelicet linea a n, uel d o. Sumatur igitur g l æqualis g b; & g m æqualis g c. & ex g k sumpta g h æquali ipsi n a: per h ducatur h r æquidistans g f; quæ secet e f in r. Iungantur




tur autem n b, n o, o c: & à punctis a d ad tabulæ planū perpendiculares ducantur a p, d q. erit iam superficies a p q d in eodem plano, in quo linea h r; atque erit æqualis, & similis superficiei n b c o. Quoniam enim lineæ a n, p b perpendiculares sunt super idem planum; æquidistant inter sese: sunt autem & æquales. ergo sequitur, ut lineæ n b, a p æquales sint, & æquidistantes. eadem quoque ratione demonstrabuntur æquales, & æquidistantes lineæ o c, d q; & ipsæ n o, a d; & b c, p q. sed cum lineæ a p q continentes angulum p, æquidistent lineis n b c, quæ continent ipsum b angulum: erunt anguli b, p æquales; & pariter æquales anguli c, q; & ipsi o, d; & n, a. Quare & superficies a p q d æqualis, & similis erit superficiei n b c o. præterea cum lineæ b p, g h inter se æquidistantes, æquales sint: & lineæ p h, b g erunt æquales; & eadem ratione æquales ipsæ h q, g c. Itaque sumpta linea h t, æquali ipsi g b; & h u, æquali g c; superficiem a p q d describemus in tabula g k, quemadmodum apparet oculo in e posito, cuius altitudo à plano est linea e r; sitq; s t u x. et quoniam puncta b c uidentur in punctis l m: & puncta a d in ipsis s x: iunctis l s, m x; apparebit a b c d superficies eleuata super horizontem, ut dictum est, ea forma, qua descripsimus ipsam s l m x.


6. undeci.
33. primi.
10. undec.



Sed cum latus b c non sit tabulæ commune, quanquam in eodem plano situm, in quo linea g f: sit primo ipsi æquidistans, ut in secunda figura; & latus a d à plano similiter eleuatum, quanta est linea a n uel d o. Iungantur n b, n o, o c: & producatur n b usque ad tabulam in punctum y: & o c producatur in ζ. erit ex proxime demonstratis, superficies a p q d in eo plano sita, in quo linea h r, æqualis, & similis superficiei n y ζ o: & linea item p h æqualis lineæ y g: & h q ipsi g ζ. Itaque primum superficiem b y ζ c in tabula describemus, quæ sit l α β m: deinde describemus ipsam a p q d; & sit s t u x. puncta ergo b c uidebuntur in punctis l m: & puncta a d in ipsis s x. quare iunctis l s, m x; apparebit tota figura a b c d in tabula, qualis est ipsa s l m x.


Sit deinde latus b c non æquidistans tabulæ; & maneant eadem prioribus. à punctis autem n b c o ducantur perpendiculares ad tabulam n γ, b γ, c 3, o δ. similiter demonstrabimus superficiem a p q d æqualem, & similem esse superficiei n γ δ o: et






lineam


lineam p h, æqualem lineæ γ ȝ; & h q ipsi g δ. quare descripta superficie h γ ȝ c in tabula, describetur & ipsa a p q d iisdem notis, quibus supra. apparebit & a b c d superficies, cuiusmodi est ipsa s l m x. Non aliter faciemus si punctum b uel c fuerit in tabula ipsa situm, alterum uero extra.



Sit superficies a b c d rectilinea quidem, non autem rectangula, cuius latus b c sit commune tabulæ: & altitudo puncti a sit perpendicularis a n; & puncti d altitudo, perpendicularis d o. sumatur linea g l æqualis g b; & g m æqualis g c; & ex g k. item sumatur g h ipsi a n æqualis; & g i æqualis d o: & per puncta h i ducantur lineæ h r i e, æquidistantes ipsi g f. à punctis autem a d n o ducantur perpendiculares ad tabulæ planum a p, d q, n γ, o δ: & iunctis a γ, d δ: erit angulus eleuationis a γ n, uel d δ o. deinde à puncto a ad lineam δ d ducatur a ŋ, æquidistans ipsi γ δ: & à d ducatur d θ eidem æquidistans ad lineã α γ. postremo à punctis ŋ θ ducantur perpendiculares ad tabulam quidem lineæ ŋ λ, θ μ; ad subiectum uero planum ipsæ ŋ ν,


θξ. erit ex ijs, quæ demonstrata sunt, superficies a p λ n æqualis, & similis superficiei n γ δ v; & in eo plano sita, in quo linea h r:






et superficies θ μ q d æqualis, & similis ipsi ξ γ δ o; & in eo plano in quo ι ε. superficiem ergo α p λ η describemus in tabula; quæ sit s t π ρ: & describemus ipsam θ μ q d; quæ sit α β u x. & ductis l s, m x, x s; erit ipsa s l m x superficies, quam describere oportebat. In figura autem huius, & in duabus sequentibus, ne nimia linearum inculcatio confusionem pareret: visum est seorsum ponere, & ad superficiem describendam a b c d, & ipsam figuram in tabula descriptam.


Si uero latus b c æquidistet tabulæ: secet linea η γ perpendicularis ad tabulam ducta, ipsam b c in σ, & o δ secet eandem in τ. iunctisq; α σ, d τ. angulus eleuationis erit α σ η, uel d τ o. compleantur rursus α σ τ η, θ σ τ d superficies æquidistantium la




terum: & ceteris modo superius dicto manentibus, primum describemus superficiem h γ 3 c; quæ sit l υ φ m: deinde ipsas α p λ η, θ μ q d; quæ sint s t π ρ, α β u x. & iunctis l s, m x; x s sequitur superficiem s l m x eam esse, quam describere uolebamus.

Quòd


K
e
s
a
x
π
t
h
β
u
r
l
i
m
ε
f
v
g
φ



H
λ
e
d
q
V
T
c
b
r
ε
p
f
g
a
b
y

Quòd si non æquidistet, cetera sint eadem superioribus. ducatur autem ab o puncto ad tabulam perpendicularis o χ: & à puncto ξ ducatur perpendicularis ξ ψ: erit superficies θ μ q d æqualis, & similis superficiei ξ ψ χ o. & alia similiter eodem modo.




Sit superficies a b c d à plano quomodocunque eleuata: et intelligatur producta ad subiectum planum ita, ut cõmunis eorum sectio sit recta linea e f: altitudo puncti a linea a n, & describantur in proposita tabula superficies b e f c, a e f d, ut superius dictum est; quæ sint i g h k, l g h m. erit ipsa l i k m superficies, quam describere oportebat. Simili modo faciemus in omnibus alijs superficiebus rectilineis, quæcunque super horizontem fuerint eleuatæ.


Sit





Sit circulus a b c d l m n o super horizontem eleuatus: & diametri ipsius a l, punctum l sit in plano, in quo linea f g: punctũ uero a ab eo eleuatum, ut angulum faciat a l z. & descripta figura in tabula k g, quæ sit p q r s t u x y; ducantur lineæ a c, c l. Itaque si planum, in quo circulus a b c d l m n o sit tabulæ æquidistans: erit figura p q r s t u x y circulus, ex quarta primi conicorum: nam conus e a l secabitur plano æquidistanti basi. si uero non sit æquidistans: & communis eorum sectio sit recta linea perpendicularis ad basim trianguli per axim, uel ad ipsam productam: talis figura, uel circulus erit, uel ellipsis; circulus quidem, cum tabulæ planum, plano basis subcontrarie ponatur, ex quinta


ex quinta primi conicorum: ellipsis uero, cum aliter quomodocun que, ex decimatertia eiusdem: alioqui neque circulus erit, neque ellipsis, sed alia quædam irregularis figura.









k
e
m
n
r q p y x
s u
t
o
a l g f
z
b
c
d



k
e
m
n
r q p y x
s u
t
o
a
l
z g f
b
c
d

Rursus sit circuli portio super horizontem eleuata a b c d l m n o: & sit eius basis d m in plano, in quo linea f g, diameter uero a l ad idem planum angulum faciat, qualis a l z: & describatur figura. erit ipsa quandoque uel circuli portio, uel ellipsis, uel paraboles, uel hyperboles; quandoque neutra earum, secundum planorum inter sese positionem, ut superius est demonstratum.

Sit superficies a b c d citra datum planum; hoc est citra tabulam, constituta; & horizonti æquidistans, cuius latus a d sit cōmune tabulæ. sitq; tabulæ ipsius recta linea g k; oculi altitudo




e f; & distantia f g, ut in superioribus. secet autem f g ipsam b c lineam in h. sumatur rursus g l ipsi g a æqualis; & g m æqualis g d. & à puncto l uersus f sumatur l i æqualis a b; &





æqualis ipsi d c, ducanturq́; l k, k m, i e, h c, e n, ita ut e i secet k l productam m o; & e h secet k g item productam in p; & e n ipsam k m in q. & iungantur o p, quæ erunt in linea una ipsi l m æquidistanti. Dico superficiem a b c d in tabula apparere ea forma, qua est ipsa l o q m. nam ductis k e, b e, e c demonstrabitur ex ijs, quæ superius dicta sunt, lineam k o ad o l eandem habere proportionem, quam k p ad p g; & quam k q ad q m. Quare diuidendo k l ad l o habebit eandem, quam k g ad g p; & k m ad m q: & idcirco æquidistabit l m ipsi o q. Itaque punctum h in tabula apparet in p; & g in eodem met puncto. Et cum linea g l sumpta sit æqualis lineæ g a; et g m ipsi g d: si triangulum k l m, manente k g, eousque circumuoluatur, quousque linea g l perueniat ad g a: cadet l in a; & m in d. intelligatur autem ex c b planum perpendiculariter erectum super horizontem: & triangulum e b c producatur usque ad tabulam, ut sit eorum communis sectio linea r s. demonstrabitur similiter ipsam r s, in qua est p æquidistare ipsi a d. quare linea l g m, applicata ad a g d: applicabitur et o p q ad r p s: cadetq́; o in r; & q in s; nam eadem ratione demonstrabitur lineam p o ipsi p r æqualem esse: & p q ipsi p s. Cum igitur puncta a d uideantur in l m: & puncta b c in o q: uidebitur & tota figura a b c d in proposito plano, qualis est ipsa l o q m. Eadem ratione describentur & aliæ superficies, siue horizonti æquidistantes fuerint, siue ab eo eleuatæ. nihil enim differt harum descriptio à descriptione illarum, quæ ultra datum planum statuuntur, nisi sumptione linearum l i, m n, & similium: nam quemadmodum superficies ipsæ sunt inter planum, & oculum; ita & hæ lineæ à punctis l m, uel ab ijs, quæ proportione respondent, uersus oculum sumuntur: quod in illis contra fiebat.


ALITER. Sit superficies a b c d citra tabulam g k; altitudo oculi e f; & distantia f g. secet autem f g ipsam b c in h: & ducantur f b, f c; & producantur usque ad lineam g k in puncta i n. Rursus sumatur g l æqualis ipsi g a; & g t æqualis g i: atq; ex altera parte sumatur g m æqualis g d; et g u æqualis g m.

g m. ductaq; e h; & producta usque ad lineam g k, in punctū p: per p ducatur o p q æquidistans ipsi t u. & a punctis t u du cantur ipsæ t o, u q perpendiculares ad eandem. & postremo iungantur l o, m q. Dico superficiem a b c d in tabula apparere, uelut est ipsa l o q m. ductis enim e b r, e c f lineis, similiter, atque in superioribus ostendemus, lineam r s; communem uidelicet sectionem tabulæ, & trianguli r e s; æquidistantem esse lineæ a d: & o p æqualem ipsi p r: & p q ipsi p s. quare si manente linea g p; superficies l o q m circumducatur, quousque linea g l transeat ad ipsam g a: transibit & l punctum ad punctum a: m ad d: o ad r: & q ad s: & uidebitur superficies a b c d in tabula, qualis est ipsa l o q m, ut proponebatur. Et eodem modo in *alijs procedemus.*





K
a
e
p
q
b
o
y
n
c
r
d
x
m
g
l
f
s
u
t



K
o
e
q
p
a
n
y
b
m
x
r
g
c
d
l
f
s
u
t


K
n
m
e
o
g
a
l
f
q
p
y
b
c
d
r
x
s
u
t


Sit circulus a b c d l m n o citra datum planum, qui in eo describatur, ut dictum est. & siquidem circulus dato plano æquidistet, aut subcontrarie ponatur: figura descripta circulus erit, quod inferius demonstrabitur: sin minus, uel erit ellipsis, uel aliud quidpiam ad eius formam accedens.

Circuli autem portio descripta, uel erit circuli, uel ellipsis portio, uel paraboles, uel hyperboles, uel alia figura similis. Horum autem omnium ratio patet ex antedictis.





Sit conus, cuius uertex punctum a: basis circulus b c. intelligaturq; conus produci; & secari plano ipsi b c circulo æquidistanti, ut sit sectio in superficie coni, linea d e. Dico ipsam d e circulum esse, qui centrum habet in axi. Sit enim f centrum circuli b c et ducta a f, producatur usque ad secans planum in g. erit a g coni axis. Itaque secetur conus plano per axem ducto. & sint plani secantis, & aliorum planorum communes sectiones rectæ lineæ b c, d e. Sumatur præterea in linea d e quoduis punctum h: & iuncta g h, rursus per ipsam, & per axem ducatur aliud planum secans circulum b c in linea k f. erunt rectæ lineæ b c, d e; et k f, h g æquidistantes; quoniam plana æquidistantia esse posuimus.




Quare & ipsa a b f, a d g, a f c, a g e, a k f, a h g triangula erunt similia. ergo ut a f ad a g, ita f b ad g d; f c ad g e; & f k ad g h. Quòd cum tres lineæ f b, f c, f k sint æquales: & ipsæ g d, g e, g h æquales erunt. & eadem ratione demonstrabuntur æquales lineæ omnes à puncto g ad ipsam d e ductæ. circulus igitur est linea d e, centrum habens in axi, cuius diameter est recta linea d e; communis uidelicet sectio planorum.

Sit conus, cuius uertex a; basis circulus b c: seceturq; plano per axem, perpendiculariter erecto ad circulum b c: & sit sectio triangulum a b c: & producatur conus, & planum secans per axim: seceturq; alio plano basi subcontrario posito, quod faciat sectionem in superficie coni, lineam d e, ita ut a e d angulus sit æqualis angulo a b c. Dico sectionem d e circulum esse. sumantur

enim


enim in lineis b c, d e puncta quævis f g: & ab ipsis ad planum per triangulum a b c perpendiculares ducantur f h, g k, cadent profecto h a e in communes planorum sectiones: atque inter se æquidistantes erunt. Itaque per k ducta linea l k m, ipsi h b c æquidistanti; erit planũ ductum per g k, l m æquidistans circulo b c; qui est basis coni. quare sectio circulus erit, cuius diameter l m: & rectangulum l k m æquale quadrato g k. sed cum linea l m æquidistans sit ipsi b c: erit angulus a l m æqualis angulo a b c, hoc est ipsi a e d. suntq; anguli ad k æquales. simile est igitur triangulum l k d triangulo e k m: & ut l k ad k d, ita e k ad k m. quare rectangulum l k m æquale est rectangulo d k e. est autem quadrato g k æquale rectangulum l k m, ut ostensum est. ergo & rectangulum d k e quadrato g k æquale erit. Similiter demonstrabimus, quadrata perpendicularium omnium quæ à d g e linea ad ipsam d e ducuntur, æqualia esse rectangulis ex partibus d e. unde sequitur sectionem d g e circulum esse, cuius diameter d e.



Sit conus a b c, ut dictum est: & producatur; seceturq; plano per axem: secetur autem & alio plano non æquidistanti basi, neque ei subcontrarie posito; quod faciat sectionem d e, ita ut communis sectio planorum sit recta linea perpendicularis ad basim trianguli per axim, uel ad ipsam productam. Dico lineam d


e e ellipsim


e ellipsim esse. Secetur enim rursus alio plano, quod coni basi b c æquidistet: & sit sectio n o. erit n o circulus, ut proximè demõstratum est. Et quoniam conus a n o secatur plano d e, neque basi æquidistanti, neque subcontrarie posito: sectio ellipsis erit, quod monstrauit Apollonius in decimatertia primi conicorum. Eodem modo fiet demonstratio & in circuli portione, quod nos breuitatis caussa omisimus.




Sit circulus a b c d l m n o, cuius pars n o a b c sit ultra datum planum constituta; pars uero c d l m n citra: & describantur figuræ, quæ sint x y p q r, & r s t u x. & siquidem figuræ descriptæ sint portiones circuli: erunt unius, & eiusdem circuli portiones, ipsum totum absoluentes; quod sic patet. producatur enim conus e a l: & secetur plano basi æquidistanti t z, erit sectio t z circulus, ut monstratum est. Quare conus e t z secabitur plano basi subcontrarie posito: atque erit talis sectio, circulus, cuius diameter p t, ex quinta primi conicorum. Quòd si figuræ descriptæ sint ellipsis portiones, simul iunctæ perficient totam ellipsim. secabitur nanque conus e t z plano, neque basi æquidistanti, neque subcontrarie posito, ex decimatertia eiusdem. Similiter si portio circuli describatur, cuius pars sit ultra datum planum: pars uero citra: erit tota figura descripta, quandoque uel circuli portio, uel ellipsis, uel paraboles, uel hyperboles. quod ex iam dictis satis, superq; cuilibet patere potest. Ex quibus constat circulũ in plano dato descriptũ maiorẽ quidem esse eo, à quo describitur, si fuerit citra datũ planũ: minorẽ uero, si fuerit ultra.

Sit


t
u
m
l
s
n
d
x
K
r
e
o
y
q
c
g
p
a
b
f
z


t
u
m
l
s
n
d
x
r
e
K
o
y
p
q
c
g
a
b
f
z

Sit pyramis basim habens a b c, uerticem d; cuius altitudo linea d h. sit autem dicta pyramis, uel ultra datum planum, uel citra, uel partim ultra, partim citra. Itaque describantur su-



perficies


perficies a b c, d a b, d b c, d c a; quæ sint l m n, o l m, o m n, o n l: & tum demum descripta erit figura, sicut oportebat.

Eodem modo describetur et cubus, cuius basis a b c d, et aliud quoduis corpus.


CVM SIT possibile, ô Syre, &c.] *Ptolemæus dato æquinoctiali circulo in plano proposito, describere & alios circulos, qui sunt in solida sphæra, uidelicet meridianum, zodiacum, circulos æquinoctiali æquidistantes, atque inter hos præcipue duos tropicos, qui zodiacum intra sese concludunt, docet autem hoc pacto. Describatur æquinoctialis circulus, qui sit a b g d circa centrum e: & ducantur diametri sese inuicem secantes ad angulos rectos a g, b d. erit altera diameter uidelicet a g pro circulo meridiano: & punctum e pro polo mundi arctico. producatur deinde a g: & ex utraque parte puncti g, circuli a b g d æquales arcus abscindantur g n, g h, ut sit g h uersus d; idq; secundum quantitatem distantiæ circulorum æquidistantium, quos describere oportebat. Sumãtur autem primo arcus g n, g h; ita ut contineant partes uiginti tres, & minuta 51, earum partium, quarũ totus circulus continet 360; quæ scilicet est distantia duorum tropicorum ab æquinoctiali, & maxima zodiaci declinatio tempore Ptolemæi: & ducta d h producatur, ut secet lineam a g in k: & ducatur d n, secans eandem in c: & centro quidem e, interuallis autem e k, e c circuli describantur k m, c l: & rursus sumpto in linea c m puncto medio, quod sit r, ex eo describatur alius circulus circa c m. erit iam circulus c l tropicus cancri; k m tropicus capricorni; & c m zodiacus, inter hos inter medius, qui æquinoctialem bifariam in punctis b d oppositis secabit. ducta enim d m secante æquinoctialem in z, erit arcus a z æqualis arcui g h; hoc est ipsi g n. quare z d n erit dimidij circuli circumferentia: & angulus z d n rectus. Itaque quoniam trianguli m d c angulus ad d rectus est: punctum d cadet in circumferentia circuli c m. Non aliter demonstrabimus cadere punctum b in circumferentia eiusdem. pa*

tet

tet ergo zodiacum secare æquinoctialem in punctis b d. Quòd si eadem ratione alij æquidistantes circuli pro cuiusque signi declinatione describantur: quo loco hi zodiacum secent, initia statuentur signorum. et ita singulæ etiam signorum partes inuenientur. Quæ quidem omnia ita esse ex antedictis facile demonstrari possunt. propositum nanque est Ptolemæo describere in plano circulos solidæ sphæræ, quemadmodum oculo in antarctico polo existente appareant: planum autem sumit, ut opinor, illud, in quo est æquinoctialis circulus; solus enim is in eadem permanet quantitate, cum alij uel augeantur, uel minuantur; quod non accideret, si in alio plano uideretur. Sit sphæra α β γ δ, cuius cētrum ε: seceturque plano per axem ducto, & per meridianum circulum, cui colurus solstitiorum coniungatur: et sit sectio circulus α β γ δ; polus arcticus β; antarcticus δ: eius autem plani, & circuli æquinoctialis communis sectio sit recta linea α γ; coluri æquinoctiorum recta β δ; tropici æstiui ζ η; hyemalis θ κ; & zodiaci η θ. Itaque describere oportet circulos α γ, α β γ δ, β δ, ζ η, θ κ, η θ in plano, in quo est æquinoctialis, oculo ipso in δ constituto. quorum circulorum α γ est in dato plano: et propterea idem manet: ζ η ultra datum planum: θ κ citra: sed α β γ δ, β δ, η θ, partim ultra, partim citra. Ducantur δ ζ, δ η: & secet δ ζ ipsam α γ in λ; δ η uero secet in μ: & producta utrinque α γ ducatur δ θ, & producatur, ut coeat cum α γ in ν: & ducta δ κ item




item producatur ad eandem in ξ: & describantur figuræ in plano, ut dictum est. erunt circuli αβγδ, βδ descripti, rectæ lineæ; cum oculus sit in eodemmet plano: et sese ad angulos rectos secabunt; quoniam & plana. sed ipse ζη erit circulus minor intra æquinoctialem contentus, cuius diameter λμ, centrum ε; in quo scilicet uidetur polus arcticus β: & θκ circulus maior, æquinoctialem ambiens, cuius idem centrum, & diameter νξ; cum plana ζη, θκ æquidistantia sint plano αγ. At uero ηθ et ipse circulus erit circa diametrum λμ, cuius centrum ο; quòd planum ηθ plano αγ subcontrarie ponatur. est enim angulus δνμ æqualis angulo δθκ, propter linearum æquidistantiam: 29. primi. *& angulus δηθ æqualis eidem δθκ; quoniam arcus θδ, δκ* 21. tertii. *sunt æquales. angulus ergo δνμ æqualis est angulo δηθ: & reliquus δμν reliquo δθη. quare sequitur, ut plana ηθ, νμ subcontrarie ponantur. Eadem ratione monstrabuntur & plana circulorum omnium in sphæra descriptorum, qui æquinoctiali non æquidistent, siue maiores sint, siue minores, eius plano subcontrarie collocari. quare omnes in ipso circuli apparebunt. Et quoniam æquinoctialis circulus abgd, & meridianus αβγδ, cum sint eiusdem sphæræ maiores circuli, æquales sunt: & earum quartæ dg, δγ erunt æquales; et arcus item maxima rum declinationum gh, γκ; gn, γη; αζ, αθ. quare & ipsi dh, δκ; bn, βη; dz, δθ; bh, βκ; bz, βθ æquales. angulus ergo edc æqualis est angulo εδμ. sed cum angu-*



lus

lus ad e æqualis sit ei, qui ad ι; quòd uterque rectus: erit & reliquus reliquo æqualis: & triangulum e d c triangulo ι δ μ æquiangulum. ut igitur d e ad e c, ita δ ι ad ε μ: & permutando, ut d e ad δ ε, ita e c ad ε μ. sunt autem d e, δ ε æquales. quare & e c, ε μ æquales erunt. & ita demonstrabũtur æquales e k, ε ξ; m e, ν ε. unde colligitur m c æqualem esse ipsi ν μ. Itaque cum æquinoctialis circulus sit a b g d: erit tropicus cancri, circulus c l; tropicus capricorni,




k m; zodiacus, c m; meridianus, seu colurus solstitiorum, recta linea k m; colurus æquinoctiorum recta b d; & punctum c, principium cancri; m, capricorni; b, arietis; & d, libræ: in quibus quidem b d punctis zodiacum secare æquinoctialem, manifestissime constat. rectè igitur omnes iam dicti circuli in proposito plano descripti erunt: quod facere oportebat.

Similiter si à puncto g sumantur alij duo arcus æquales; g f ex parte d; & g i ex altera parte, quanta est declinatio principij geminorum: ducaturque d f, & producatur, quousque secet lineam m k in o: & ducatur d i, secans eandem in p: & rursus centro e, & interuallis e o, e p circuli describantur o q, p s; ut secet circulus o q zodiacum in punctis t u, & circulus p s eundem secet in x y. erit punctum t principium aquarij, u principium sagittarij; x, geminorum; y, leonis: & in alijs eodem modo, non tantum in principijs signorum, sed & in singu-

lis

lis eorum partibus. demonstratio autem eadem erit.




Ex superius demonstratis facile apparere potest, quæ caussa sit, cur Ptolemæus sphæræ circulos in plano describere uolens, oculum in superficie ipsius potissimum statuerit. ex eo enim loco spectanti, quotquot in sphæra circuli imaginari possunt, omnes, uel per rectas lineas, uel per circulos repræsentantur: alioquin oculo alibi constituto, quandoque repræsentarentur per ellipses, quandoque etiam per alias curuas lineas; quarum descriptionem difficillimam esse, nullus est, qui nesciat. Ex punctis uero, quæ in sphæræ superficie sunt, polum australem delegit, & ut septentrionalis cæli regio, quæ nobis semper uersatur ante oculos, in planisphærio collocaretur, et punctum immobile alterum referens polum, circa quem ea circumfertur, centri locum teneret.

Hac itaque ratione. &c.] *Meridianos circulos rectis lineis per centrum æquinoctialis, hoc est per polum transeuntibus, repræsentari oportere, iam dictum est. & cum sphæræ circuli maiores sese bifariam secent, in partibus oppositis: & rectæ lineæ omnes, quæ meridianos referunt, zodiacum in partibus oppositis secabunt.* B


f Designabitur

C Designabitur deinde omnis horizon. &c.] *Transit Ptolemæus ad descriptionem horizontis. qui cum ab æquinoctiali circulo declinet, quemadmodum zodiacus; & ipse per circulos æquinoctiali æquidistantes describendus est; secundum aliam, atque aliam declinationem, pro loci cuiusque situ. & cum sit unus*



ex circulis maioribus: æquinoctialem, & zodiacum bifariam secat. Sit enim æquinoctialis circulus a b g d, cuius centrum e: & diametri sese secantes ad angulos rectos a g, b d: & ex utraque parte

parte g sumantur arcus æquales g n, g h; secundum declinationem horizontis: modoq; superius dicto circuli æquidistantes describantur k m, c l: & in medio lineæ c m, sumpto centro r, describatur alius circulus c m. erit ipse c m pro horizonte: quod ita demonstrabitur. Sit rursus sphæra α β γ δ: & alia, ut in superiori figura: sitq; plani ducti per meridianum α β γ δ, & horizontis communis sectio π ρ: & ducatur π δ, quæ secet α γ in σ: & δ ρ producatur ad eandē in τ: & describatur circulus π ρ in plano per α γ; oculo in δ posito. erit descripta figura circulus circa diametrum σ τ. planum enim π ρ plano α γ subcontrarie ponitur: quod facile demonstrabimus ducta ρ υ, æquidistanti ipsi α γ, sicuti superius demonstratum est, planum η θ eidem plano α γ subcontrarie ponι. Rursus cum æquinoctialis circulus a b g d meridiano α β γ δ æqualis sit: similiter demonstrabimus lineam e c lineæ ε σ; & e m ipsi ε τ æqualem esse; & idcirco c m ipsi σ τ. erit igitur circulus circa c m in plano descriptus, loco horizontis: & eadem ratione secabit circulum æquinoctialem, & zodiacum semper bifariam in oppositis punctis, ut contingit in solida sphæra.



Describatur enim circulus æquinoctialis. &c.] D

Quod dixerat superius, nunc demonstratione confirmat; uidelicet omnes rectas lineas, quæ per polum transeunt instar meridianorum,

 norum,

norũ, ad partes zodiaci oppositas pertingere. et quoniam partes zodiaci oppositæ ab æquinoctiali æqualiter declinant; per circulos ipsi æquidistantes designantur. Quare si demonstrabitur lineas illas terminari ad puncta, per quæ describuntur circuli æquidistantes; perspicuum iam erit, quod oportebat demonstrare. potest autem hæc demonstratio & ad horizontem accommodari.

E Designabimus deinde circulum alium decliuem.] *Ostendit horizontem, cum æquinoctialem bifariam secet: & zodiacum ita secare in partibus oppositis; hoc est eorum sectionum puncta rectis lineis per polum transeuntibus coniungi, ut inde constet, hos circulos in plano ita descriptos esse, sicut oportebat.*

F Quoniam enim in circulo h a t g lineæ duæ se inuicẽ secant. &c.] *Quoniam in circulo h a t g rectæ lineæ a g, h t se inuicem secant; erit rectangulum h e t æquale rectangulo a e g; hoc est ipsi b e d. Quare duas lineas h e t, b e d in eodem circulo esse, necesse est. erit ergo punctum t & in zodiaco.*

G His ita constitutis nunc metienda est proportio semidiametrorum. &c.] *Inquirit quantitatem semidiametrorum circulorum æquinoctiali æquidistantium, per quos in planisphærio describuntur, & zodiacus, & horizon, & zodiaci item signa distinguuntur, uidelicet quot partes qualibet earum contineat, quarum semidiameter æquinoctialis continet LX, ut inde monstretur signorum omnium ortum consentire ei, qui in solida sphæra apparet, tam recta, quàm obliqua. Sunt autem omnia, quæ hoc loco dicuntur adeo manifesta, ut interpretationis lumen minime desiderent, quanquam notæ, quibus & gradus, & graduum particulæ significantur, mendo non careant: non enim respondent exacto calculo. sed tamen corrigere non placuit, nisi quæ insigniter deprauata erant:*

H Vnde angulos b d t, & b d k recto æquales esse consequens est.] *Sumatur enim ex altera parte b arcus b l, æqualis arcui b h. erit l t semicirculus. quare angulus l t d rectus est. sed anguli b d t, b d k æquales sunt angulis b d t, b d l; qui quidem recto l d t sunt æquales. angulos ergo b d t, b d k recto æquales*

æquales esse necessarium est.

Sunt autem anguli e d k, atque e k d recto æquales: sunt ergo similes.] *Cum recto æquales sint anguli e d t, e d k, & anguli item e d k, e k d: sublato utrinque communi angulo e d k, relinquetur angulus e k d, æqualis ipsi e d t: est autem angulus d e k communis utrique triangulo. reliquus igitur angulus e d k, reliquo e z d æqualis erit; et triãgulũ e d k triangulo e z d simile.* I


Manifestum est enim. &c.] *Quæ enim proportio est anguli b d t ad angulum d b t, eadem est arcus b t ad arcum t d: triangulum uero e z d simile est triangulo t b d. nam angulus d e z recto d t b est æqualis; et e d z communis utrique. reliquus igitur e z d reliquo t b d æqualis erit. Quare descripto circulo circa triangulum e d z, quæ est proportio anguli e d z ad angulum e z d, ea erit arcus e z ad arcum e d. sed proportio anguli e d z ad angulum e z d, eadem est ei, quæ anguli b d t ad angulum d b t; hoc est, quæ arcus b t ad arcum t d. Quæ ergo proportio est anguli e d z: hoc est anguli b d t ad angulum e z d: ea est arcus b t ad arcum t d: & arcus e z ad arcum e d. ex quo sequitur, ut & eorum arcuum chordæ eandem habeat proportionem. ut igitur recta linea e z ad rectam e d. & ut recta e d ad ipsam e k, ita recta b t ad t d; hoc est ad b h.* K

Si ergo cõparemus ad lineam k e tetragonũ k t. &c.] L
Abscindatur à linea f k ipsa f o æqualis lineæ f e. quadratum t k excedet quadratum t e, rectangulo contento linea k e, et linea k o; hoc est excessu, quo linea k f ipsam e f excedit, ut monstrabitur. at cum quadratum t k excedat ipsum t e, quadrato e b; quòd angulus t e b sit rectus, et linea t b æqualis lineæ t k; erit quadratum e b æquale rectangulo e k o. Quare si quadratũ e b apposuerimus ad lineam e k; hoc est, si diuiserimus quadratum e b per lineam e k; proueniet ipsa h o. at uero quadratum k t excedere quadratũ t e rectangulo e k o, ita monstrabimus. Quoniam enim quadratũ k t æquale est duobus quadratis t f, f k: et quadratũ item t e æquale duobus t f, f e: dempto utrinque cõmuni quadrato t f, reliquũ quadratum k f excedet reliquum f e, eodem illo excessu, quo penult. primi.

quadratum

6. secundi *quadratum k t excedit ipſum t e. ſed quadratum k f æquale eſt rectangulo c k o unà cum quadrato o ſ; hoc eſt quadrato f e. ergo quadratum k f excedit quadratum c f, rectangulo c k o: et propterea quadratum k t eodem exceſſu excedit quadratum t e: quod demonſtrare oportebat.*

M Quoniam ergo quoties duo circuli ſe inuicem ſecant, &c.] *Sint duo circuli; a b c, cuius centrum d; & a b e; cuius centrum f: ſecent autem ſeſe in punctis a b: & iungantur a b, d f. Dico lineam d f ſecare lineam a b bifariam, & ad an-*



gulos rectos. Si enim fieri poteſt: non ſecet bifariam: ſumaturq; in ipſa a b punctum medium, quod ſit g: & ducantur d g, f g.
3. tertii. *erunt ipſæ perpendiculares ad lineam a b: & anguli d g b, b g f*
14. primi. *recti. Quare d g, g ſ lineæ in eadem linea recta erunt. eſt autem & d f recta. ergo duæ rectæ lineæ ſuperficiem intra ſeſe concludunt: quod fieri non poteſt. ſecat igitur linea d ſ ipſam a b bifa-*
3. tertii. *riam: atque idcirco ad angulos rectos: quod demonſtrandum fuerat.*


N Superioris tractatus particula de circulis æquidiſtantibus recto. &c.] *Superius tradidit Ptolemæus rationem deſcribendi in plano circulos ſolidæ ſphæræ, dato æquinoctiali circulo. nunc ad planiſphærij fabricam proprius accedens, cuius magnitudo à circulo capricorni determinatur, docet dato primum eo circulo*

circulo, qui omnes alios ambit, æquinoctialem describere. de circulo autem cancri nihil hoc loco dixit, quoniam quemadmodum describatur intra æquinoctialem, ex superioribus satis apparet.

Producimus deinde lineam à puncto g æquidistantē lineæ e d, terminatam notis g h.] *Hic locus mendo non caret. Corrigetur autem, si in hanc sententiam uerba addantur. Ducemus lineam à puncto d ad z, & producemus: & à g ducemus g h æquidistantem ipsi e d, quæ secet lineam d z in h.* O

Est enim quanta d e ad lineam e g, tanta d t ad lineam t k.] *Hoc est, quam proportionem habet linea d e ad e g, eandem habet d t ad t k.* P


Possumus autem & alia uia, & fortasse expeditiori intra capricorni circulum describere æquinoctialem, & circulum cancri. Sit enim a b c d circulus capricorni, cuius centrum e: ducanturque diametri sese ad angulos rectos secantes a c, b d: & à puncto d uersus a sumatur arcus d f, secundum distantiam, qua distat à circulo æquinoctiali: & ducta c f, quæ secet lineam d e in g, centro quidem e, distantia autem e g, circulus describatur g h i k: deinde à puncto g sumatur arcus g l, secũdum eandem distantiam: ductaq; k l secante d e in m, describatur alius circulus ex eodem centro, & distantia e m; qui sit m n o p. Dico circulum g h i k esse æquinoctialem, ipsum uero m n o p, circulum cancri. ducatur enim à puncto d ad circumferentiam linea d q, æquidistans lineæ f c: & iungantur g k. erunt anguli



anguli c d q, e g e æquales; & item æquales c d q, d c f. Quare arcus b e q similis erit arcui i k r: & arcus q d, qui semicirculum complet, similis ipsi r g. ergo & q c reliquus de quadrante reliquo r k similis. Et quoniam arcus c q æqualis est ipsi f d; quòd anguli c d q, f c d sint æquales: sequitur, ut arcus k r sit secundum distantiam circuli capricorni, ab æquinoctiali: & similiter arcus l g, qui eadem ratione est æqualis ipsi k r. Quare si circulus g h i k ponatur æquinoctialis: erit ex iis, quæ demonstrauimus, a b c d circulus capricorni; & m n o p cancri. nam ex utraque parte æquinoctialis descripti sunt circuli æquidistantes secundum distantiam, qua is ab utroque tropicorum distat.

Deinceps conuenit propositum insequi.] *Stellarum fixarum loca ex longitudine, & earum latitudine habentur, ut apparet apud Ptolemæum in septimo libro magnæ compositionis. Quare si stellas ipsas in planisphærio collocare oporteat: primum duo circuli describendi erunt, quorum unus cum maximus sit, per polum zodiaci, & stellæ gradum transiens, & zodiacum ipsum, & æquinoctialem bifariam diuidit; alter uero zodiaco æquidistat secundum quantitatem latitudinis stellæ, uel septentrionalis, uel australis; & in quo puncto alter alterum secat ex parte stellæ, in eo locum ipsi dabimus. Sed ut omnia facile percipiantur; secetur sphæra plano per axem ducto. ut superius: & sit sectio α β γ δ circulus meridianus: eius plani, & circuli maximi per zodiaci polum, & stellæ gradum transeuntis, communis sectio sit ο π: circuli uero æquidistantis zodiaco secundum latitudinis quantitatem ipsa ρ σ: ducanturq; lineæ δ ο, δ π, δ ρ, δ σ, ut δ ο secet ipsam α γ in puncto τ; δ π secet eandem in υ; δ ρ in φ; δ σ in χ: & describantur figuræ in plano α γ, oculo ipso in δ constituto. erit iam figura ο π descripta, circulus circa diametrum τ υ; & figura ρ σ item circulus circa φ χ; quoniam plana ο π, ρ σ plano α γ sub contrarie posita sunt, ut monstrauimus: & punctum τ pro zodiaci polo erit. Sit igitur æquinoctialis circulus in plano descriptus, ut in Ptolemæi figura, a b g d circa centrum e; & zodiacus l b h d. & quoniam æquinoctialis a b g d, & meridianus*

dianus α β γ δ æquales sunt: erit arcus b t; quæ est distantia poli zodiaci ab æquinoctialis polo, æqualis ipsi β o: & id circo recta linea e k, æqualis demonstrabitur ipsi ε τ. quare punctum κ zodiaci polum repræsentabit. duobus igitur circulis in planisphærio descriptis, ipsius stellæ locus facile inuenietur: et ita fiet in reliquis pro cuiusque stellæ longitudine, & latitudine circulos describendo.




Est etiam alius modus inueniendi stellarum fixarũ loca in planisphærio, cognita earum declinatione, & gradu zodiaci, cũ quo ad meridiem ueniunt. descripto nanque circulo æquinoctiali æquidistante secundum stellæ declinationem, & ducta recta linea instar meridiani, per zodiaci gradum, cum quo ad meridiem uenit, & per mundi polum transeunte, in quo puncto sese secant, ex parte stellæ, ipsi locum assignabimus.

Nunc æquidistantium zodiaco in planisphærio de- R.

g scriptio

ſcriptio notanda.] *Docet deſcribere circulos, qui zodiaco æquidiſtant: ſimulq; demonſtrat eos in plano deſcriptos circulos eſſe. mirum autem eſt, cur non & zodiacum, & horizontem circulos eſſe demonſtrarit Ptolemæus, & inſuper duos tropicos, & alios æquinoctiali æquidiſtantes; quanquam de his minus dubitari contingat. Quorum omnium demonſtrationes nos ſuperius attulimus. poſſumus tamen & ſimili ratione illud ipſum oſtendere in zodiaco. Sit circulus meridianus per utrunque polum tranſiens a b c d, cuius centrum e: & ducantur diametri a c, b d, ut ſit b d axis; polus auſtralis punctum d; & linea a c*



diameter æquinoctialis: ſit autem f g diameter zodiaci, quem in planiſphærio deſcribere oporteat. Ducatur d f ſecans a c in h: & d g ſecans eandem productam in k. Dico circulum, cuius diameter f g, deſignari poſſe circa diametrum h k; & æquinoctialem bifariam ſecare. Iunctis enim b f, b h, quoniam anguli d f b; b e h recti ſunt: erunt quatuor puncta b f h e in circumferentia circuli, cuius diameter b h. quare angulus b h e æqualis

e æqualis est angulo b f e. est autem b f e æqualis angulo b d g. angulus ergo b h k ipsi b d k erit æqualis. & idcirco quatuor puncta b h d k in circumferentia circuli sita erunt. finge nunc circulum a b c d, qui antea pro meridiano habebatur, æquinoctialem esse: (nihil enim prohibet) & circa diametrum b k circulus describatur. transibit is per puncta b d. Itaque quoniam b d sunt in æquinoctiali: circulus b h d k, qui repræsentat zodiacum, æquinoctialem bifariam secabit: quod fuerat demonstrandum. Eadem erit demonstratio, & in ipso horizonte.

Quoniam enim arcus z t æqualis arcui k h. &c.] *Cum enim hi circuli zodiaco æquidistantes ponantur: & inter se æquidistantes sunt; & linea z h, lineæ t k æquidistans. Quare arcus z t, h k, qui inter eas interijciuntur, sunt æquales, ex quinquagesima tertia primi Vitellionis. angulus igitur z d t æqualis est angulo k d h; hoc est y d n ipsi c d f, & arcus y n arcui c f: ideoq; ex quinquagesima secunda primi eiusdem Vitellionis linea l m æquidistans est lineæ f y, & d l ad l y eam proportionem habet, quam d m ad m f.* S 2

At uero quæ proportio lineæ d l ad lineam l y. &c.] *Hoc est, quæ proportio est lineæ d l ad lineam l y, ea est quadrati d l ad rectangulum d l y: & quæ lineæ d m ad m f, ea quadrati d m ad rectangulum d m f. sequitur autem hoc ex lemmate uigesimætertiæ decimi Euclidis.* T

Quoniam itaque loco circuli. &c.] *Ducatur à puncto l linea contingens circulum. erit quadrato eius æquale rectangulum d l y; & rectangulum item c l n. quare rectangulum d l y æquale est rectangulo c l n. & eadem ratione monstrabitur æquale rectangulum d m f ipsi n m c. ergo quæ proportio est quadrati d l ad rectangulum c l n, ea est quadrati d m ad rectangulum n m c: & permutando, quæ quadrati d l ad quadratum d m ea rectanguli c l n ad rectangulum n m c.* u

Est autem tetragonus d m maior tetragono d l, pront. &c.] *Circuli zodiaco æquidistantes obliquum habent situ respectu æquinoctialis. quare ex altera parte ad mundi polum* X

magis accedunt; & rectæ lineæ à puncto d ad eorum diametrorum extremitates ductæ inæquales angulos faciunt cum linea axis. Itaque cum in hoc situ maior sit angulus b d h angulo b d z: maior erit linea e m ipsa e l: & quadratum e m unà cum quadrato e d maius, quàm quadratum e l unà cum eodem quadrato e d. At uero quadratum d m æquale est duobus quadratis d e, e m: & quadratum d l æquale quadratis d e, e l. maius igitur est quadratum d m ipso d l quadrato. ex quibus sequitur, & rectangulum n m c maius esse rectangulo c l n. sed rectangulum n m c est æqule rectangulo n c m; & quadrato c m: & rectangulum c l n æquale rectangulo c n l; & quadrato n l. Quare rectangulum n c m unà cum quadrato c m maius est rectangulo c n l unà cum quadrato n l: quorum eædem altitudines. basis ergo c m maior erit ipsa n l.

1. secundi

Y Deinceps quoniam æquidistans zodiaco nec in planisphærio descriptus. &c.] *Docet in plano describere etiã circulos, qui in planisphærio non cadunt. modus autem tum describendi, tum demonstrandi idem est cum antedictis. Sit enim meridianus a b g d circa centrum e: & ductis diametris a g, b d secantibus sese ad angulos rectos, sit axis b d; polus australis punctum d; & a g æquinoctialis diameter: Sit præterea z h diameter circuli æquidistantis æquinoctiali; & t l æquidistantis zodiaco; quos describere oporteat in plano, in quo est æquinoctialis. producatur a g ex utraque parte; et ad ipsam ducantur d z, d h, d t, d l in puncta q, n, o, c: & figuræ describantur, ut dictum est. erit z h in plano descriptus, circulus, cuius centrum e, diameter q n: & t l item circulus, cuius diameter o c; quoniam plano a c; planum quidem z h æquidistans est; ipsum uero t l subcontrarie ponitur; & propterea punctum y, in quo hi circuli in plano descripti sese secant, respondebit puncto sectionis circulorum z h, t l in solida sphæra. At uero Ptolemæus demonstrat circulum o c secare ipsum q n, in arcus similes iis, qui fiũt circulo t l, ipsum z h secante; cuius demonstratio talis erit. Intelligantur circuli circa diametros q n, o c descripti, in plano*

perpendiculariter

perpendiculariter erecto ad planum, in quo est circulus a b g d: & similiter circa centrum f, & diametrum z h intelligatur descriptus semicirculus z m h, in plano ad idem planum perpendiculariter erecto, instar illius, qui est in solida sphæra. Itaque quoniam circulus æquidistans zodiaco, cuius diameter t l, circulum z m h secat: & sunt ambo ad idem planum perpendiculariter erecti: communis eorum sectio, recta linea est, perpendicularis ad ditum planum: sit autem communis sectio, quæ cadit in semicirculo z m h, ipsa k m. erit m k f angulus rectus. Iungatur f m: & ad e fiat angulus n e y, æqualis angulo k f m, ut sit punctum y in circumferentia circuli q n. erit y, & in circumferentia circuli o c; hoc est in communi circulorum sectione, ut postea apparebit. ex quibus sequitur, circulum c y o secare ipsum n y q, in arcus n y, y q similes arcubus h m, m z; qui contingunt in solida sphæra. ducatur enim linea d k usque ad ipsam o n, in r: iungaturq; r y: & producatur h z usque ad t o, in p: deinde t x ducatur, æquidistans lineæ o n: & d l c fecet ipsam p h in s. erit iam linea o n diuisa in partes proportionales ijs, quæ sunt in linea ipsi æquidistante p h. Quoniam igitur angulus d t x æqualis est angulo d l t; & angulo d p h; cum arcus d x sit æqualis arcui d t; & linea t x æquidistet ipsi p t h. erit angulus d l t angulo d p h; hoc est angulus t l s ipsi t p s æqualis; & quatuor puncta l s t p in circumferentia eiusdem circuli sita erunt. Quare rectangulum p k s æquale est rectangulo t k l: sed rectangulum t k l est æquale ipsi z k h. rectangulum ergo p k s rectangulo z k h: & propterea rectangulum o r c rectangulo q r n æquale erit: & quoniam triangula d e n, d f h similia sunt. & triangula item d e r, d f k similia: habebit n e ad e d proportionem eandem, quam h f ad f d: & e d ad e r eandem, quam f d ad f k. ex æquali igitur n e, hoc est e y ad e r habebit eandem, quam h f; hoc est f m ad f k. estq; angulus r e y æqualis angulo k f m. Quare triangula r e y, k f m æquiangula erunt; & linea y r ad o n perpendicularis. quadratum ergo ipsius y r æquale est rectangulo q r n. & cum rectangulum q r n æquale 19.undec.

sit

sit rectangulo o r c: erit & quadratum y r ipsi o r c rectangulo æquale: & ideo punctum y in circumferentia quoque circuli o c cadet. ex quibus constat, quod oportebat demonstrare.

Z Similis descriptionis exemplo. &c.] *Si circulus zodiaco æquidistans per polum mundi australem transeat, in quo ponitur oculus: apparebit linea una; quæ uidelicet communis sectio est plani eius circuli, & plani æquinoctialis, in quo describitur, ut superius dictum est. Si ergo describendus sit eiusmodi circulus, cuius diameter d l: & circulus æquinoctiali æquidistans, cuius diameter z h producatur d l usque ad lineam a g, in c punctū; ductaq; d h producatur ad eandem in n: & figuræ describantur.* 19.undec. *erit circulus d l recta linea, quæ sit b c y, perpendicularis ad planum, in quo est meridianus a b g d; quoniam & ipse circulus d l, & æquinoctialis perpendiculariter erecti sunt ad idem planum: & idcirco ad lineam a n perpendicularis existet. sed z h circulus erit circa centrum e, & diametrum q n, quam recta linea b c y secet in y. ergo punctum y repræsentabit in plano locum sectionis eorum circulorum in solida sphæra. At uero arcus circuli descripti n y, y q proportionales esse arcubus z h liquido apparet, ex demonstratione, quam affert Maslem in cōmentariis.*

Υ Quæ linea in planisphærio locum obtinet circuli, cuius diameter d l z. &c.] *Ex his uerbis, & ex superioribus apertissime colligitur, Ptolemæum sphæræ circulos describere in plano, in quo est ipse æquinoctialis; quod nos supra monuimus: non autem in plano, quod sphæram in septentrionali polo contingit, ut imaginatus est Iordanus.*

Φ Quæ ratio cogit septentrionales semper esse minores. &c.] *Quoniam uisus in australi polo constituitur: fit, ut & polus septentrionalis in plano centri locum obtineat respectu æquinoctialis, circulorumq; ipsi æquidistantium; & septentrionales circuli, quò magis ad eorum polum accedant, eò sint minores, quemadmodum contingit in sphæra: australes uero contra, quàm in sphæra, eò maiores euadant: fit etiam, ut meridiani circuli rectis lineis describantur.*

Quibus

Quibus id euenit, quod unus. &c.] *Circulorum enim zodiaco æquidistantium, qui per mundi polum transit, in plano recta linea designatur, ut proxime diximus.* X

In circulis uero magnis per hunc polum transeuntibus aliter.] *Circuli magni per zodiaci polos transeuntes, si in plano describantur: circuli sunt, uno duntaxat excepto, qui & per mundi polos transit; quoniam cum in meridianorum numero habeatur, recta linea est, in qua centra circulorum zodiaco æqui distantium sumuntur.* Ψ

Vnde in assignationibus stellarum. &c.] *Dictum est superius stellarum fixarum loca in planisphærio duobus modis inueniri posse, siue ratione habita ad zodiacum, siue ad æquinoctialem. in utroque autem, & zodiacum, & æquinoctialem diuidimus. & sicut circulis magnis, qui per zodiaci polos permeant, similiter diuidimus & zodiacum, & circulos zodiaco æquidistantes, ita rectis lineis meridianos referentibus, & æquinoctialem ipsum, & æquinoctiali æquidistantes circulos pariter secamus, unde stellarum loca certissima ratione deprehenduntur.* Ω

AL DVS

nihilominꝰ inuocat nõ excusatur: sic nec de pteri-to qui si sciuisset adhuc fecisset. Ad dubiũ igitur respondẽdo dicitur ꝙ tacita demonũ inuocatio p pendit̃ ex multis. pmo ex adiuncta aliqua vana odi tione vt necessaria: sicut si ponat̃ ꝟtus in verbis sa cris: dum tamen sint scripta in pelle aut tali hora et similia: q̃ neqꝫ ad dei cultũ spectãt neqꝫ ad rectã rationẽ: hec. n. vana de mõ apposuit vt sua sacra. ij. ex adiũctis rõnabilibus vt nãlibus: vt si ad ef-fectꝰ natura les adhibeant̃ caractheres significa tiui. referunt̃. n. tales caractheres ad demones in telligentes ipos. iij. ex adiũctis nominibꝰ ignotis absolute: vel ad q̃d ptinent. iiij. ex excellẽtia effec-tus spati: q: s. excedit virtutẽ naturaliũ agẽtium: vt nosse secreta cordiũ: sanari subito. v. ex vanitate effectus: puta q: aliqua sacra verba dicta mouent ãnulum super filuꝫ et similia vana. Ex quo. n. effe-ctus est vanus: ostat ꝙ non est virtus diuina sed diabolica non asistens verbis sacris sed sacrifitio quod fit sibi: honorando ipm illis verbis: gaudet enim honorari verbis et rebꝰ sacris. vj. ex falsis ad iũctis: puta ꝙ xp̃us habuit febres et similia que-sunt apatre mẽdatij: deus autẽ nõ eget nostro men datio. vij. quãdo adiungũtur apocripha ⁊ incerta. mirũ est. n. ꝙ huiusmodi incerta habeãt a deo vir tutem et certa nõ: ⁊ ꝙ viris sctis q̃bus deus credi dit secreta sapientie sue et virtutẽ sue potẽtie in mi raculis: secretas has virtutes negauerit: et vetu-

durãdꝰ ꝙ nulla ꝟtute possunt duo corpora esse in codẽ loco: et ad id quod dicitur ꝙ beata virgo pe perit ꝟgo: quod nõ potuit esse nisi corpus xp̃i esset simul cũ corpe matris. respõdet q: i beata ꝟgine fuit facta dilactatio neruorum et meatuũ vrinaliũ sine aliqua ruptione: sicut factum fuisset cũ oĩbus mulieribus si status inocẽtie durasset: que tũc pe perissent sine dolore q̃ est pena peccati: ad id quod dicitur xp̃uꝫ ianuis clausis intrasse ad discipulos Joan. xx. respondet ꝙ verum est ꝙ christus venit ad discipulos clausos: sed nõ dicitur ĩ euang. per ia nuas clausas ĩtrasse: sed cũ corpus gloriosum pos sit moueri per aerẽ sicut per terrã: potuit xp̃us in-trare ad aplos per fenestram vel p aliuꝫ locuꝫ q̃n tũcũqꝫ paruissimũ: et similiter dici põt ꝙ resurre-xit clauso sepulchro: q: potuit figurã corporis mu tare ĩ figurã augustã. Sed opinio. s. tho. cõmunit̃ tenetur et ad positionẽ duran. plura ĩconueniẽtia sequũtur. vide capo. in. iiij. di. xliiij. Per dotẽ agi litatis corpus gloriosum sume obediet anime vt motori secũdũ omnẽ differentiã positionis sine dif ficultate et fatigatione: que erit nõ per amotionem grauitatis sed per appositionẽ qualitatis ĩpediẽ tis resistentiam grauitatis et habilitantis corpꝰ ad motũ. De dote claritatis sic dicit doct. sanctus vbi supra. sicut lux est qualitas solis in trinseca: ita claritas erit intrĩseca corporibus gloriosis nõ so lum secundum superfitiem sed etiam ad intra: q:

erunt peruia et transparentia fulgida : lucentia et colorata viuacissimis coloribus et pulcherrimus.

Utrum corpa dānatorū erunt passibilia. Pro respō. sciēdū q duplex ē mod⁹ passiōis scōȝ q aliqd pōt recipi in alio dupli. vno modo materialr scōm eē naturale sicut calor ignis recipitur in ligno. alio modo recipit aliqd in alio intētiōaliter sic silitudo coloris recipit in aere et in oculo. dicit btūs tho. in iiij. dis. xliiij. q. iij. Corpa dānatorū futura eē passibilia passione intētionali et aiali: et non passione naturali q aliqd trāsmutat a sua naturali dispositione. vñ nō calefiēt ab igne sed solū intētionalr q: apphēdent illū vt nociuū et afflictiuū: quia cessāte motu celi ex quo vocat celū primū alterās: cessabit oīs alteratio. sed scōȝ durā. corpa dānatoꝝ vere pacient ab igne p verā et naturalē alteratiōnē calefactionis sed nūq corrūpunt diuina virtute faciēte q alteratio pcise maneat in limitib⁹ suis ita q ad eam nō sequit corruptio: vt perpetua vita nature in eis sit ad ppetuā durationē pene. q autē ignis inferni sit corpore⁹ dubitat damasce. sed beatus grego. in. iiij. dialogo. et augu. expresse dicunt eē corporeū: q affliget spūm nō vtute sue nature sȝ vt instrumētū diuīe iustitie. et a deo tāq a pncipali agēte modificabit ei⁹ actio: vt plus crucieē q plus peccauerūt. ¶ Aureola ē gaudiū de opib⁹ a se factis hītib⁹ rōne victorie excelētis sic aurea ē gaudiū ō deo debitū victorie cōmuni: q quāuis in ani

Sciendū q ecclesie et clerici nō tenētur ad gabellas q in carnib⁹ vino et similib⁹ pōnunt: nisi ponerent p onerib⁹ ad q tenentur de qb⁹ visum ē: q: tūc succedūt loco onerū. Similr nec debēt soluere p frumēto et alijs q ex sua prebēda habent et vendunt. scōm bal. in. l. oīms. ca. de epī. et cleri. nec ō suo patrimōio. clemē. psenti. ō cēsi. et ca. qq. co. ti. li. vj. si autē clericus res suas defert ad alium locum causa negotiationis vel asportat res emptas hoc titulo soluere tenet. Si tñ res ecclesie clericus transferret hoc titulo non pōt erigi gabella: q: delictum clerici ecclesie nocere non potest. Aduerte q statuētes ne quis possit instituere capellanias vel donare ecclesie vel clericis et similia q sunt contra libertatē ecclesiasticā sunt excōicati. de sen. ex. ca. nouerint. et idē de faciētibus seruari. Nota q sixt⁹. iiij. pcepit in virtute spūssancti omnib⁹ platis ecclie vt infra octa. omniū scōꝝ ō nullo scō fiat cōmemoratio: sȝ omnia festa occurrētia post dictas octauas transferantur.

Per quid deprehēditur tacita inuocatio demonū. pro respō. Nota q oīs incātatio de se ē petm̄ mortale cū sit inuocatio demonū tacita. Ꝺ expressa: idiota tñ nesciens interuenire inuocationē dmonū credēs bona fide se dare opaȝ rei licite excusat: quādiu non ē monit⁹ vt talia deserat: sȝ post mōitionē nō excusat: q: cessat bona fides: et q post q scit interuenire demonū inuocationē aut dubitat: